


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.


+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



230.1 N.99 STACK RBS




600007382Q

74

648

COMMENTATIONES GEOGRAPHICAE.

PARTICULA I.

DE NINO URBE

ANIMADVERSIONES TRES.

SCRIPSIT

FRIDERICUS TUCH,

PHILOS. ET THEOLOG. DOCT. HUIUSQUE IN ACADEMIA LIPSIENSI PROF. P. ORDINAR. SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS.


ACCEDIT TABULA LAPIDI INSCRIPTA.

LIPSIAE

APUD FRID. CHRIST. GUIL. VOGELIUM.

MDCCCXLV.

H32/10



VIRO

SUMME VENERABILI

GEORGIO BENEDICTO WINERO

PHILOS. ET THEOL. DOCT. HUIUSQUE IN ACADEMIA LIPSIENSI PROF. PUBL. ORDINARIO. AUGUSTISSIMO SAXONIAE REGI A CONSILIIS ECCLESIASTICIS. ORDINIS REG. SAX. VIRTUTIS CIVICAE EQUITI. SOCIETATUM HISTORICO-THEOLOGICAE LIPS. ET HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA SODALI ORDINARIO

SCRIPTORIS OBSERVANTIA.

3

I. De loco ubi sita fuerit Ninus.

Quamquam de loco, quo Ninus olim sita fuerit, et superiore et recentiore aetate in universum consentiunt viri docti, tamen a MANNERTO (Geogr. d. Gr. u. Roem. V. p. 444 sqq.), BAEHRIO [1]) (Ctesiae reliquiae p. 391.) aliisque nuper omnem

1) Apponere liceat BAEHRII verba: „Vix dici potest, quantopere inter sese discordent veteres in eo loco definiendo, ubi Ninus urbs fuerit sita. Quorum ii, qui ad Tigrin urbem sitam esse contenderent, WESSELINGIO [ad Diodor. II, 3.] persuadere potuerunt, cum alii, in quibus BOCHARTUS [Phaleg et Can. IV, 20.] ita rem expedire sibi viderentur, ut duplicem Ninum antiquitus exstitisse sumerent, quarum una ad Tigrin, altera ad Euphratem sita fuerit. Cautius, ut in re nondum explorata, egit BECKIUS in libro, qui inscribitur Weltgeschichte etc. Part. I, pag. 197, alia multa hanc in rem afferens. Conf. etiam UFFHAGEN Parerg. histor. p. 148. RICH second memoir of Babylon (Lond. 1818) p. 38 not. [s. Babylon and Persepolis, Lond. 1839. p. 144. 173.]. Et sanequam si quid video, cautius agendum, neque continuo Diodorus vel erroris vel negligentiae accusandus; praesertim cum haud uno loco Ninum ad Euphratem positam memoret. Ad Ctesiam igitur hunc errorem (si quidem revera esset,) referri necesse esset; cui tamen patrocinatur Philostratus, quem haud pauca e Ctesiae libris, suppresso quidem auctoris nomine, sumsisse scimus. Hunc si audias, Vit. Apollon. I, 18, pag. 23 OLEAR., ad Euphratem antiquissima Ninus condita esse videtur. Quod iure attendere iussit SCHLOSSERUS meus in libro aureo: Weltgeschichte in zusammenhängender Erzählung pag. 8 not. Nec ipse MANNERTUS Geographie der Griech. u. Röm. Tom. V. pag. 444 seq. obloqui audet certis veterum testimoniis, qui vetustissimam Ninum ad Euphratem exstructam fuisse perhibent. Nam de altera Nino, quam serius demum exstitisse quidam volunt ad Tigrin paulo remotius a mari aedificatam, (vid. MANNERT. l. l. pag. 440 sq.)

quaestionem iterum in dubium vocatam videmus. Quare propter necessitudinem, quam Hebraeos inter et veterem illam Orientis dominam interfuisse scimus, operae pretium me esse facturum putavi, si in retractanda caussa controversa meam qualemcunque collocarem curam atque comparatis Bibliorum ss. enunciatis cum ceteris tum antiquorum tum recentiorum scriptorum testimoniis in diiudicanda quaestione paullo diligentius versarer. Quem ad finem utique necesse esse arbitramur, ut in antiquissimarum rerum geographicarum explanatione nunc aliquantulum immoremur ibique locos quosdam occultos et quasi involutos aperire conemur. Quibus in rebus eorum non admodum curamus reprehensionem, qui ad vituperandum procliviores quam ad cognoscendum nobis fortasse exprobrabunt, nos extra cancellos, quos nobis ipsi circumdederimus, egressos videri: nam quaestionem impeditam nonnisi perpetua omnium rerum disquisitione posse explicari, quis tandem est, quin facile perspiciat?

1. Ac primum quidem, si ea quae a scriptoribus sacris scripta accepimus diligenter examinamus, e loco illo Geneseos 10, 10—12. antiquissimo sane et longe gravissimo

---

mihi quidem nondum liquet, qui antiquissimam Ninum iuxta Euphratem fuisse, Ctesiâ potissimum auctore contendam. Vidisse quidem sese narrat Niebuhrius (Tom. II, pag. 353) iuxta Tigrin vetustissimae Nini rudera, ubi nunc vicus *Nunio* [corrige *Nunia*] comparet. Cum vero nullis argumentis demonstraverit, has ipsas, quas viderit ruinas, ad antiquissimam pertinuisse Ninum, mihi certe nondum ille persuasit. Et obloquuntur diserta veterum testimonia: Strabo XVI. init. pag. 737. A. p. 1070. [Tom. VI. p. 245. ed. Siebenk.], ac disertius Lucianus Char. Tom. III, pag. 63 Bip. ad quem locum legatur Palmerii nota. (Exercitt. in Auctorr. Graecc. pag. 552.) Nam exstitere, qui multis post saeculis exorti Nini tamen urbis mentionem facerent. Conf. Wesseling. ad Diodor. II, 28. Quos tamen ita expediendos esse edocet Solanus, ut Ninum postmodo restauratam esse, Romanorumque imperatorum ad tempus usque floruisse dicamus. Ad eam igitur Ninum, quae multis post annis, priori Nino eversa, alio in loco, ad Tigrin credo, exstructa esse videtur, ea quae Niebuhrius vidit rudera circa vicum Nunio [Nunia] referenda esse, magna mihi est suspicio." Similia annotavit Baehrius ad Herodotum I, 193.

apertum est, Nimrodum Babylonis urbis in terra Shin'ar sitae imperatorem ex hac regione in Assyriam profectum esse ibique Niniven et ceteras l. c. enumeratas urbes condidisse. Sic iam Micha 5, 5. locum interpretatus est neque aliter e plano et perspicuo verborum nexu recte intelligi potest [2]). Locus igitur et Niniven in אַשּׁוּר sitam et אַשּׁוּר ab אֶרֶץ שִׁנְעָר, ubi Babylon condita fuit, diversam fuisse testatur. Itaque quaeramus necesse est, quasnam regiones scriptor illis nominibus geographicis significare voluerit?

1) Exordiamur a describendis שִׁנְעָר terrae finibus. *Shin'ar* Gen. 10, 10. 11, 2. ea regio est, in qua Babylonem positam reperimus; planities (בִּקְעָה ut ܦܩܥܬܐ opposita montibus ap. Bar Hebr. p. 462.) vocitata Gen. 11, 2.; locus omnino, ubi Nebucadnezar Dan. 1, 2. thesauros e templo Hierosolymitano direptos in sui numinis aedem, quae est in Babylone urbe Jer. 28, 3., inferendos curat. Ex Sacharjae loco 5, 11. שִׁנְעָר terram satis notam esse apparet. Ex quibus omnibus Babyloniae camporum patentium aequora cognoscamus, ad quae etiam אַדֶּרֶת שִׁנְעָר Jos. 7, 21. iam Rosenmuellerus ad h. l. p. 112. pertinere docuit. Deinde שִׁנְעָר est peculiaris imperii sedes Gen. 14, 1.; diversa ab עֵילָם (Syrorum ܥܝܠܡ B. Hebr. p. 131. Asseman. B. O. I. p. 13.) i. e. Elymaitide velut apud Jes. 11, 11., quo loco ut Gen. 10, 10. 11. haec ab אַשּׁוּר separata reperitur. Ergo Babylonia est, discernenda ab Elymaitide et ab Assyria, nec sine iusta caussa iam Hecataeus ap. Joseph. Ant. 1, 4, 3. Σενναὰρ τῆς Βαβυλωνίας dicit, cum Onkeloso בָּבֶל vertente et cum Arabicis interpretibus, qui inferioris aetatis nomina العراق (Dan. l. c.), البغداد (Gen. 14, 1. Ar. Erp.) usurpant, omnino consentiens. Quamquam ex illis S. Scripturae locis inter se diligenter comparatis satis apparet, quam regionem nomine אֶרֶץ שִׁנְעָר appellaverint, subtilior tamen terminorum definitio admodum dubia est; quippe quum אֶרֶךְ, אַכַּד, כַּלְנֵה urbium, in terra

2) Cf. quae contra Vaterum Commentar über d. Pentat. I. p. 126., P. de Bohlen Genesis p. 130. et alios ad Genesin p. 236. disputavimus.

שִׁנְעָר Gen. 10, 10. sitarum, positio nullo modo certe inveniri possit. Si discesseris a כַּלְנֵה, cuius positionem *Chalonitidis* Plin. 6, 31., i. e. tractus in quo postea Ctesiphon [3]) ad Tigridem exstructa fuit, nomen nobis indicare satis probabile videtur: ceterarum vestigia e mirabilibus *'Akr-Kuf* (عقر قوف), *el-Heimar* (الحيمر) cet. [4]) ruinis, quarum, quum et materiâ et structurâ Babylonicis simillimae sint, fundamenta eodem fere tempore iacta esse videantur, exquirenda esse coniecturâ tantum colligere possumus. Certe innumerabiles isti colles ingentesque tumuli, inde a loco veteris Babylonis tanquam perpetua et inter se cohaerente monumentorum serie diffusi et porrecti, elapsae perditaeque rerum memoriae firmissima sunt testimonia. Vid. Ainsworth. Researches p. 125 sq. 177 sq. Hic iam antiquitus monstrabant *τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους* Arrian. 7, 22., Strabo 16. p. 264. (Siebenk.); sec. IX. p. Chr. in clivo quodam ad eam fluvii partem sito, quae Basſram praeterfluit, septèm cadavera integra et bene conservata in sarcophagis scripturâ h i e r o g l y p h i c â (ܟܬܒ̈ܬܐ ܟܣܕ̈ܝܬܐ cf. Ephraem. Opp. II. p. 145., c u n e a t â puto,) quam nemo legere potue-

---

3) כַּלְנֵה Ephr. Syr. Op. I. p. 58. interpretatus est: ܩܛܝܣܦܘܢ i. e. *Ctesiphon;* B. Hebr. p. 9: ܣܠܝܩ i. e. *Seleucia* cf. Rosenm. Alterth. I, 2. p. 69 sq. De utriusque urbis ruderibus v. Rich Narrative of a Residence in Koordistan (Lond. 1836.) II. p. 395 sqq.

4) De *'Akr-Kuf* narrat Kaswini in Athar-el-bilad libro (msc.) عقرقوف قرية قديمة من قرى بغداد قالوا بناها عقرقوف بن طهمورث والى جانب هذه القرية تل عظيم من تراب يرى من خمس فراسخ كانه قلعة عظيمة للناس فيه اقاويل كثيرة i. e. *'Akr-Kuf est urbs vetus ex urbibus Baghdadi, condita, ut ferunt, ab 'Akr-Kuf Tahmurethi filio. Prope eam collis terreus altus est, quem tanquam magnum castellum e quinque Parasangarum spatio prospiciunt. De illo multas habent opiniones.* Cf. Amm. Marc. 24, 2. Descripsit Ives Reisen II. p. 133. (ed. vern.), Niebuhr II. p. 305., Ker Porter Trav. II. p. 277., Rich Babylon and Persepolis p. 2. 80., Buckingham Reise durch Mesopot. p. 447., Ainsworth Researches in Assyria, Babylonia and Chaldaea p. 175. — De *el-Heimar* cf. Ker Porter II. p. 390., Buckingh. p. 497., Rich l. c. p. 80.

rit, inscriptis reperta fuisse B. Hebr. p. 172. memoriae prodidit; et nuperrime „*glazed earthen coffins*“ ex simili colle effossa sunt, Ainsworthio l. c. p. 177. et Frasero Trav. II. p. 143. testibus. Sed, quominus de his rebus diiudicemus aut aliquid constituamus, eo magis impedimur, quod horum monumentorum maioris partis nomina nulla, paucorum recentiora tantum ad nostram memoriam pervenerunt.

Multi quidem facili negotio rem impeditam explicari posse arbitrabantur existimantes, שִׁנְעָר vocabulo nil nisi *Σίγγαρα* Graecorum h. e. سنجار (Abulf. Geogr. p. 282.) Arabum vel ܣܢܓܪ Syrorum [5]), quo nomine Mesopotamiae montium iuga (ܛܘܪܐ ܕܣܢܓܪ B. Hebr. p. 247.) et urbem in Persicorum bellorum Chalifarumque historiis sexcenties commemoratam appellari in vulgus notum est, significari ideoque statuentes, *Shin'ar* terrae fines ad Taurum aliquanto propius propagatos, non solum Babyloniam sed etiam maiorem Mesopotamiae partem complecti [6]). Id tamen viri docti, simili atque inani nominum sono decepti, speciosius magis quam verius coniecerunt.

Etenim considerantibus nobis (ut nunc discrimen אֶרֶץ שִׁנְעָר inter et אֲרַם נַהֲרַיִם omittamus) *Σιγγάρας* nomen eiusque apud scriptores et orientis et occidentis usum, hoc ad parvam illam regionem montuosam, quae modo per Forbesii itinera [7]) innotuit, semper ac proprie pertinere persuasum est. Ainsworthius Res. p. 159: *Sinjàr*, inquit, *is a rocky, hilly and stony district — a country of uplifted tertiary formations and of pseudovolcanic rocks;* ac si quaerimus, quae sit origo et notio nominis, omnino non dubito, quin utramque a terrae situ et natura repetam. *Sing-âr* enim nomen apte *regionem petraeam* (cf. سنگلاخ) [8]) significat,

5) ܣܝܓܪ, ut F. D. Michaelis Spicil. p. 232. scribere vult pro ܣܢܓܪ, foeda est nominis depravatio.

6) Vid. P. de Bohlen ad Genes. p. 130.

7) *Journ. of the roy. geogr. soc. of Lond.* 1839. P. III. p. 409 sq. unde *Magazin f. d. Litterat. des Auslandes.* 1841. N. 23. p. 90 sq.

8) Significatio: *lac acidum* sermonis provincialis propria nonnisi

Singarenis montibus accommodatissimum, a campis vero Babylonicis Gen. 11, 2. plane diversum. — At dixerit forte quispiam, nomen سنجار latius patere et vicinos campos apertos (Amm. Marc. 20, 6.) complecti solere. Id non nego. Probe enim scio, ut ipse exemplo utar, Mamuni celebratam graduum coelestium demensionem بصحراء سنجار i. e. *in deserto Singareno* Abulf. Ann. II. p. 240 sqq. cf. Not. et extr. T. II. p. 49 sq. actam esse; scio amnem الثرثار, qui *Hatram*, *vetus oppidum in media solitudine positum* (Amm. 25, 8.) h. e. الحضر praeterlabitur, في برية سنجار i. e. *in deserto Singareno* fluere apud Abulf. Geogr. p. 52. 55.; scio, desertum, quod Sindſhârae occidentem versus montes inter et convallem Chaborae interiectum est, apud Iſsthachrium p. 41. eodem nomine appellari, et alia eiusmodi me saepe legere memini. Nego tamen, inde colligi posse, *Singarae* nomen latiore sensu Babylonicam etiam planitiem continere ideoque שִׁנְעָר et Σιγγάρας unum idemque declarare debere. Ac primum quidem valde dubito, an latior illa *Sindſhar* nominis potestas iam antiquo tempore exstiterit. Certe veteres scriptores, qui res a Romanis in his regionibus desertis gestas memoriae prodiderunt, illum nominis usum prorsus ignorant. Hic solum Ammiani Marcellini (25, 8.), australem tristium Singarenarum solitudinum partem describentis, memoriam affero, et Rufi Festi c. 27., de Constantii *nocturna in agro Eleiensi prope Singaram pugna* narrantis, verba. *Eleia* vero, sive *Hileia* ut ab Amm. Marc. 18, 5. vocatur, sine dubio cum الجبال [9]) Arabum convenit, apud Iſsthachrium

---

in dicterio apud Abulf. Annal. IV. pag. 56. locum habet. Alia explicandi pericula v. apud Wahl. Asien p. 610., de Bohlen Genes. p. 130., Ainsworth Res. p. 159. Quam supra proposuimus nominis explicandi rationem, ea commendatur eo, quod Σίγκαϱ nomen recurrit in Atropatene apud Ptolemaeum vid. Mannert Geogr. Tom. V. p. 151.; nec praetermittendum est, illam regionem Mesopotamiae montanam, de qua hucusque disputavimus, omnibus fere temporibus homines a Semitis alienos incoluisse.

9) Per calami aberrationem apud Edrisium ed. Jaubert II. p. 154. عين الجبال *(fons montium)* scriptum est, unde hoc falsum nomen in d'Anvillii et Rennellii tabulas geographicas translatum est. Quare

p. 41. مِن ضياع سنجار h. e. *unus ex vicis Singarenis*, Singaram inter et Makisinam (Abulf. Geogr. p. 282., B. Hebr. p. 386.) unicus in برية سنجار h. e. *deserto Singareno* situs. Ac ponamus quidem, illum nominis usum antiquiorem esse, quam in rerum gestarum memoria i. e. inde ab Arabum aetate inveniri queat: tamen ne specie quidem verisimilitudinis inde efficitur, ut regionis montanae angustisque finibus circumscriptae nomen non solum ad finitimam planitiem (ut Syri quoque dicunt ܦܩܥܐ ܕܫܓܪ B. Hebr. p. 163.), sed etiam ultra universam Babyloniam usque ad sinum Persicum relatum fuerit atque promotum. Quod unquam factum esse argumentis probari nequit. Qua de caussa haud exigui ponderis est, quod Syri ܫܓܪ i. e. *Σιγγάρας* a ܫܢܥܪ i. e. שִׁנְעָר diligenter solent distinguere.

Hoc vero antequam exponamus, locum quendam interpretationis Bibliorum Syriacae subobscurum et quasi involutum aperiamus necesse est, praesertim quum, qualem hodie legimus, talis omnem rationem nostram in discrimen vocare minitetur. Nam ܫܢܥܪ non solum Gen. 10, 10. 11, 2. 14, 11. Dan. 1, 2. pro שִׁנְעָר nomine Hebraeo positum invenimus, sed etiam 1 Sam. 23, 28 verbis syriacis ܫܢܥܪ ܦܠܓܘܬܐ verba textus Hebraei סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת expressa legimus. Quid? Nonne hic ܫܢܥܪ nomen appellativum est? nonne eandem vim et potestatem quam hebraeum סֶלַע habeat necesse est? eandem dico significationem, quam voci *Σιγγάρας* supra vindicavimus? Nonne igitur tanto certius, tanto aptius haec cum illa conferenda esse videtur, ita ut ܫܓܪ peculiarem quandam nominis formam eamque notione speciali adhibitam esse statuamus? Accedit auctoritas Ephraemi Syri (Opp. I. p. 379. F.), qui non modo lectionem ܫܢܥܘܪ (sic vocabulum scribit) non ignorat, sed etiam huic vocabulo significationem vocis ܟܐܦܐ (i. e. *petra*) secundum linguae Hebraeae usum subiicit.

---

etiam convenientia cum *Hileia* huiusque positio hactenus ignota erat. Cf. Cellar. orb. ant. II. p. 732., Mannert l. c. V. p. 311., Forbiger Hdb. d. alt. Geogr. II. p. 636.

Nihilominus huic loco ad solvendam quaestionem omnis deneganda est vis. Ephraemus enim ipse ܣܢܥܘܪ pro voce Hebraea se habere plane ac diserte profitetur, eamque in Hebraea lingua *petram* significare perhibet. Id vero quo nitatur errore, iam Credner (de prophetarum minorum versionis syr. indole, Goett. 1827. p. 42.) consentiente Roedigero (de origine et indole arabicae librorum V. T. historicorum interpretationis, Halae 1829 p. 40.) exposuit. Ex quo certo sequitur ܣܢܥܪ vocabulum linguae syriacae nomen appellativum nunquam fuisse, id quod arabico etiam interprete (سنعار الانشقاق), qui illam vocem tanquam nomen loci proprium integram conservat, satis confirmatur. Sed ut breviter dicam, quid sentiam, vocabulum, de quo disputatur, nil nisi vetus est scripturae mendum, ita ut ܣܢܥܪ nostri contextus ex Ephraemi ܣܢܥܘܪ oriundum esse ducamus; lectionem autem ܣܢܥܘܪ ܦܠܓܘܬܐ apud Ephraemum ex ܣܠܥ ܕܦܠܓܘܬܐ h. e. סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת fluxisse existimemus. Syrus enim interpres סֶלַע vocem, qua caret, ut nemo ignorat, lingua Syriaca, pro nomine habuit proprio idque integrum servavit ut 1 Sam 23, 25. col. c. 2 Reg. 14, 7. Denique commendatur emendationis nostrae bonitas eo, quod has litterarum commutationes in charactere Estrangelo saepius reperimus [10]. Omnino igitur locus ille interpretationis Syriacae in hac nostra disputatione omittendus est.

Revertamur igitur ad illud, unde egressi sumus. Res sanequam gravissima est, duo illa nomina, quae nos quoque seiuncta esse volumus, a Syris harum regionum indigenis diligenter et accurate distincta cerni. Neque vero nomen ܣܢܥܪ e Scripturae Sacrae recordatione quadam non satis

---

10) Maxime suspecta littera ܘ post ܥ ex virga extrema figurae finalis quam vocant litterae ܥ orta est, quae interdum minus accurate sinistram versus incurvata invenitur. Non dubito, quin eodem variae lectiones ܐܬܬܪܥ et ܐܬܬܪܥܘ Gen. 6, 11., ܐܘܣܥ et ܐܘܣܥܘ Hos. 12, 2. referendae sint.

explicata irrepsisse existimandum est, quippe quum a Syrorum scriptoribus notio geographica non solum certa ac circumscripta, sed etiam satis pervulgata et ab omnibus aequalibus accepta nomini illi subiecta inveniatur. Itaque in hac re paullo accuratius explicanda operam nostram collocandam esse putamus, praesertim quum nominis Syriaci ܣܢܥܪ notionem eiusque cum שִׁנְעָר V. Ti. convenientiam a nemine hucusque observatam esse videamus. Quae quidem notio sponte intelligitur ex verbis B. Hebr. p. 9. narrantis ܘܐܬܩܪܝܬ ܐܪܥܐ ܕܣܢܥܪ ܒܒܠ i. e. *et terra Sen'or nuncupata est Bobel*, quum linguis per miraculum turbatis ܡܓܕܠܐ ܒܐܪܥܐ ܕܣܢܥܪ i. e. *turris in terra Sen'or* exaedificari non posset. Istic ܣܢܥܪ non differre a ܒܒܠ (h. e. Babylonia terra) ut Gen. 11, 2. non est, quod pluribus exponam. Deinde prorsus ut שִׁנְעָר in V. To. sic ܣܢܥܪ a Persia et Syria disiunctam invenimus apud Bar Hebraeum, narrantem p. 169. Karmathas in latrociniis suis compluribus urbibus ܡܢ ܣܘܪܝܐ ܘܣܢܥܪ i. e. *Syriae et Sen'or* esse potitos; item p. 274. ܣܓܝ ܡܘܬܢܐ ܒܦܪܣ ܘܒܣܢܥܪ ܘܒܣܘܪܝܐ i. e. *pestiferam luem Persiam, Sen'or et Syriam* depopulatam esse; p. 314. oratoria ܒܟܠܗ ܦܪܣ ܘܣܢܥܪ i. e. *in tota Persia et Sen'or* clausa esse. Accedit, ut ܣܢܥܪ ab Assyria et Mesopotamia diversam, ut in V. To., reperiamus apud B. Hebr. p. 93. lin. 19. perhibentem, multos Arabes armis proiectis ܒܡܕ̈ܝܢܬܐ ܘܩܘܪ̈ܝܐ ܒܐܬܪܐ ܕܣܢܥܪ ܘܒܐܬܘܪ ܘܒܣܘܪܝܐ i. e. *in urbibus et vicis Sen'or, in Assyria et Syria* habitasse; item p. 565. ingentem annonae caritatem ܠܟܠ ܟܘܪ̈ܐ ܕܐܬܘܪ ܘܐܬܪܐ ܕܣܢܥܪ ܟܠܗ i. e. *pagos Assyriae et totam Sen'or* pressisse, et p. 529. famem et pestilentiam ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܣܢܥܪ ܘܐܬܘܪ ܘܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܘܣܘܪܝܐ i. e. *in tota terra Sen'or, Assyria, Mesopotamia et Syria* saeviisse, plane ut p. 578. ܒܒܠ ܘܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ iuxta ponuntur. Eodem pertinet locus B. Hebr. p. 256., ubi rumorem superstitiosum de Belsebubo mortuo Baghdadi ortum

ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܣܢܥܪ i. e. *per totam terram Sen'or*, **Mofsulae** (in ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ i. e. *Mesopotamia*) nimirum et **Armeniae** oppositam, dissipatum esse memoriae proditur [11]). Licet iam satis appareat, ܣܢܥܪ nomine apud Syros eam regionem, quae a **Syria**, **Mesopotamia**, **Assyria**, **Perside** et separata et circumscripta est, h. e. veterem **Babyloniam** propriam esse nuncupatam, multo tamen certius regionis fines invenire possumus. **Australes** enim terrae fines docet B. Hebr. p. 214., narrans anno Arabum tricentesimo nonagesimo octavo copiosissimas nives Baghdadi cecidisse: ܘܗܘܐ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܣܢܥܪ ܒܨܪܐ ܗܟܝܠ ܘܥܒܕܐܢ ܘܡܚܪܘܒܐܢ ܘܓܢܒܐ i. e. *idque in tota terra Sen'or, Basrae scilicet, Abbadani et Mahrubani et Dfhannabae* accidisse. Ultro sequitur, urbes maris Persici litoribus finitimas [12]) intra fines Sen'or sitas esse. Contra ex B. Hebr.

---

11) In loco B. Hebr. p. 228., ubi recurrit ܣܢܥܪ nomen, definitio geographica nulla reperitur.

12) De horum locorum situ paullo fusius disseramus necesse est. ܒܨܪܐ h. e. البصرة urbs est satis nota, cf. Ibn-el-Wardi p. 116. ed. Hylander, Abulf. Geogr. p. 308., Ritter Erdk. X. p. 175 sq. — ܡܚܪܘܒܐܢ h. e. مهروبان describit Abulf. l. c. p. 316. — ܓܢܒܐ h. e. جنّابة ap. Abulf. p. 324. a Kaswinio (Ath. el-bil. msc.) بليدة على ساحل بحر فارس i. e. *oppidulum in litore maris persici* appellatur, cf. Bakui Not. et extr. II. p. 433. — De ܥܒܕܐܢ h. e. عبادان narrat Kaswini: جزيرة تحت البصرة قرب البحر الملح فان دجلة اذا قاربت البحر تفرقت فرقتين عند قرية تسمى المحرزى فرقة تذهب الى ناحية البحرين وهى اليمنى واليسرى تذهب الى عبادان وسيراف والجنابة وعبادان فى هذه الجزيرة وهى مثلثة الشكل وانما قالوا ليس وراء عبادان قرية لان وراءها بحر i. e. „*Abbadan, insula infra el-Bafsra, haud procul a mari. Ubi Tigris mari propius accedit, in duas partes dividitur prope vicum el-Maḣersi* (v. Ainsworth. Res. p. 184 sq., Niebuhr II. p. 205.), *pars altera eaque dextra tendit ad el-Bahrein, sinistra ad Abbadan, Siraf* (Abulf. p. 326. cl. c. p. 23., Bakui l. c.) *et el-Dfhennabe* (v. supra). *Abbadan sita est in hac insula, cui trianguli forma est.*

p. 487. ubi ܓܠܐܠ ܐܠܕܝܢ ܟܘܐܪܙܡܫܐܗ ܒܩܘܪܒܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܫܢܥܪ ܨܒܐ ܕܢܫܠܛ ܘܐܬܐ ܠܕܩܘܩܐ ܘܠܒܘܐܙܝܓ i. e. *Dſhelâl ed-din Chuaresm-ſhah primum terra Sen'or potiri voluisse et Dakukam et Bavasidſhum* [13]) *venisse* narratur, intelligi licet, vicos illos, in orientali, quae Moſsula Baghdadum ducit, viâ sitos, Sen'or terrae annumeratos non fuisse. Denique apud B. Hebr. p. 345. legimus: ܘܗܫܐ ܠܐ ܦܫ ܠܢ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܫܢܥܪ ܣܛܪ ܡܢ ܗܢܐ ܚܘܣܢܐ ܕܬܓܪܝܬ i. e. *et nunc in tota terra Sen'or praeter hanc Tekrit arcem nobis nihil superest.* Igitur hoc castellum, in medii aevi historiis saepissime commemoratum [14]), in terra Sen'or positum ideoque septentrionales huius regionis terminos Tekritae septentriones versus fuisse manifestum est. Insuper fines, quos Sen'or regioni praescriptos videmus, ipsius terrae natura et physica conditione mirifice commendantur. Nam Hamrin montibus, quibus, ubi Tekritae paullo septentriones versus a Tigride perfracti sunt, in occidentali amnis ripa colles regionis el-Hadhr (الحضر) coniunguntur, quorumque iuga perpetuâ serie inter se cohaerentia nec Arabes ignorant (vid. Iſsthachr. p. 43.): his, dico, aperti campi australes, qui usque ad sinum Persicum pari sunt forma atque indole, a natura ipsa terminati et tanquam circumsepti sunt. Vid. Ainsworthii Researches p. 113., Travels II. p. 160. Haec certa et stabilis notio geographica, quam ab illius tempestatis hominibus non solum communi usu acceptam, sed etiam ab omnibus intellectam

---

Dicunt: post Abbadan oppidum non est, quia post id mare est. Cf. Bakui l. c. p. 446., Ibn el Wardi p. 118.

13) ܕܕܩܘܩܐ cf. B. Hebr. p. 215. 601. est Arabum دقوقا Abulf. Geogr. p. 286., nunc *Taûk* vocatur. Cf. Assem. B. O. II. p. 432. III, 2. p. 741. c. I. p. 353. et iis, quae nos in Encyclop. Halensi s. v. *Dakuka* exposuimus. — ܒܘܐܙܝܓ i. q. ܩܠܥ ܐܘܐܢܫ est Arabum البوازيج, secundum el-Lobab (msc.) بلدة قديمة فوق بغداد h. e. *oppidum vetus supra Baghdad,* inter Irbil (Arbela) et Tekrit. Cf. B. Hebr. p. 248., Abulf. Ann. III. p. 252. Geogr. p. 286., Assem. B. O. II. p. 458. III, 2. p. 739., Edrisi II. p. 146. (ed. Jaubert).

14) Abulf. Geogr. p. 288., Ritter Erdk. X. p. 222 seqq.

et perspectam fuisse nemo negabit, eo magis cum biblica שִׁנְעָר nominis significatione convenit, quo magis in V. To., maxime in Pentateucho,

2) אֲרַם נַהֲרַיִם (sive פַּדַּן אֲרָם)[15] ab אֶרֶץ שִׁנְעָר diversam fuisse videmus. Hic breviter, quid sentiam, exponere me posse arbitror. Nam, sicut utriusque Euphratis ripae accolas eiusdem linguae societate inter se coniunctos esse iam a Strabone II. p. 225. memoriae proditum est et a superioris aetatis scriptoribus Graecis terrae, prout sita sit, pars altera Syriae Xen. Anab. 1, 4, 19., altera Arabiae ib. 1, 4, 5. ascribi solet vel a domesticis inferioris aetatis scriptoribus hae regiones in الشام الخارجة i. e. *Syriam exteriorem* (sive ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ ܕܣܘܪܝܐ i. e. *terram Syriae interamnam*) et in الشام الداخلة i. e. *Syriam interiorem* sive *Syriam propriam* dividuntur (B. Hebr. h. d. p. 16 sq., chr. syr. p. 63.): ita hebraeum nomen ipsum, si ethnographiam spectamus, regionem, de qua sermo est, genti Aramaeae associat cf. Num. 23, 7., sin geographiam, illum terrae tractum, qui inter ambos fluvios interiectus est, sive Aramaeam transeuphratensem 2 Sam. 10, 16., significare constat. Qua in re id haud parvi momenti est, quod terrae nomen e situ Euphratem inter et Tigridem (ܗܘ ܒܝܢܬܗܘܢ ܥܡܪܝܢܢ i. e. *ii sunt, inter quos habitamus*, ait Ephraemus Mesopotamius, Opp. I. p. 23. C.) pendet. Id vero iam antiquissimis temporibus ab indigenis depromptum esse, eo certius est, quo magis non solum V. Ti. scriptoribus אֲרַם נַהֲרַיִם nomen usitatum est, sed idem etiam in antiquissimis monumentis Aegyptiacis, quae, si Champollioni[16]) fidem habemus, ad Ramessis Magni aetatem pertinent, recurrit; quin etiam Graeci *Μεσοποταμίας* nomen, quod post Alexandrum[17]) Magnum demum usurpa-

---

15) Vid. me ad Genes. p. 419. cl. c. p. LXXII. et Staehelin. krit. Untersuchungen üb. d. Pent. (Berl. 1843.) p. 92.

16) Briefe aus Aegypten u. Nubien (ed. vern.) p. 145., Gramm. egypt. p. 150. 159.

17) Vid. Rennell illustrations of the history of the expedition of Cyrus p. 77., Mannert l. c. V. p. 259., Forbiger Hdb. d. alt. Geogr. II. p. 626.

tum et pervulgatum est, ab indigenis repetitum esse ipsi affirmant (Arrian. 7, 7.) et Syri ipsi omnibus temporibus hanc regionem ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ i. e. *terram interamnam* Act. 2, 9. 7, 2. Assem. Bibl. Or. I. p. 462. B. Hebr. p. 8. 56. 60. 61. 65 sq. 79. 84. 107. 117. 123. 130. 163. 275. 362. 385 sq. 388. 434. 451. 461 sq. etc. nuncuparunt [18]). Quomodo vero pro temporum vicissitudinibus Mesopotamiae nomen aut latius patuerit aut in arctiores fines compulsum fuerit: id omnino non est, quod hoc loco exponam. Hic monuisse sufficiat, secundum biblicam loquendi consuetudinem אֲרַם נַהֲרַיִם diversam esse tam a תּוֹגַרְמָה Gen. 10, 2. Ez. 27, 14. 38, 6., quam a מִנִּי et אֲרָרָט Jer. 51, 27. 2 Reg. 19, 37., ideoque septentrionales fines ibi constituendos esse, ubi Aramaei et Armenii disiunguntur. Deinde si animo contemplamur, מַשׁ, Arami prolem Gen. 10, 23., secundum Bocharti coniecturam probabilem montium seriei, a Graecis τὸ Μάσιον [19]) Strabo 11. p. 541. appellatae, incolas significare, facile perspicimus, אֲרַם נַהֲרַיִם, qualem scriptores Hebraei intelligunt, pro rationibus ethnographicis ab iis montibus circumscriptam et seclusam fuisse, qui seriore etiam tempore apud Strabonem 16. p. 285. 288., 11. p. 571. cl. c. p. 540 sq. 535. et Ptolemaeum 5, 18. (p. 168. ed. Bertii) Mesopotamiam ab Armenia disterminant. Meridiem versus finitima est אֶרֶץ שִׁנְעָר (v supra), quod Syrorum etiam scriptores testantur. Iam si omnia, quae hucusque disputavimus, complectimur, id certe nihil habet

---

18) Arabes nomen reddunt: الجزيرة *insula* (ut *Μερόη* a Graecis *νῆσος* vocatur) et eodem modo interpretantur: لانها بين دجلة والفرات h. e. *quia Tigridem inter et Euphratem sita est*, Kaswin. msc. Cf. Abulf. Geogr. p. 274. Sed etiam Philostr. Vit. Apollon. 1, 20. (p. 25. ed. Olear.) Mesopotamios sese *νησιώτας* (i. e. جزريون) profiteri narrat.

19) Illud in fluvii nomine *Μασκᾶ ποταμός* Xen. Anab. 1, 5, 4., ܢܗܪ ܡܣܟܐ apud Assem. B. O. II. p. 110., هرماس i. e. نهر ماس cf. Michael. Spicil. II. p. 141., Wahl Asien p. 709., Rennell illustrations p. 101 sq. ab antiquissimis temporibus ad inferiora medii aevi saecula usque conservatum reperimus.

dubitationis, omnes terras inde a montibus Armeniae usque ad Persicum mare ab Euphrate et Tigride amnibus cinctas אֲרַם נַהֲרַיִם et אֶרֶץ שִׁנְעָר nominibus insigniri, maximeque Trigidem orientem versus fines constituere. Quae quum bene tenuerimus, sponte intelligemus, quam regionem complexa sit

3) אַשּׁוּר. Hic vero de Assyriae nominis usu latius patente mihi explicandum non esse arbitror eo, quem, quum Tiglath Pilesar, Salmanassar, Sanherib occidentalis Asiae civitates vexassent earumque res violenter commutavissent, invalescentem ac receptum reperimus. Tum Assyriam omnes terras, quae regibus Assyriis subditae erant, comprehendisse nemo nescit, Jes. 10, 9. 11, 11. 37, 12. 39, 1. Mich. 4, 1. cll. c. 2 Reg. 17, 24. 2 Chr. 33, 11.; atque Euphrates, qui fluctibus suis aestuantibus superfundit occidentem, imminentium Assyriorum exercituum est imago, Jes. 7, 20. 8, 7. cf. Jer. 2, 18. Hic solum de Assyria propria i. e. de ea regione, quam primariam Assyriae gentis sedem regnique principium fuisse existimamus, agere nobis concessum est. Quae angustior nominis Assyriae notio, quantumvis a Mannerto l. c. V. p. 426. et Rosenmuellero bibl. Alterthumskunde I, 2. p. 110 sq. pernegetur, certissime tamen et liquido e Geneseos loco 10, 11. sequitur, ita quidem, ut אַשּׁוּר regioni apud V. Ti. scriptores tam ab אֲרַם נַהֲרַיִם quam ab אֶרֶץ שִׁנְעָר seiunctae nonnisi a Tigride orientem versus locus superesse appareat. Etiamsi hic urbes illas כֶּלַח, רֶסֶן, רְחֹבֹת עִיר Gen. 10, 11. 12. a Nimrodo conditas et una cum Nino enumeratas neque ipsi certius disponere earumque positionem invenire neque nonnullorum Syrorum inanes de his locis coniecturas [20]) cum I. D. Michaeli (Spicil. I. p.

---

20) Michaelem, qui Ephraemi verba Opp. I. p. 58. sequitur, praeteriisse videtur, hunc ipsum alio loco I. p. 158. palam profiteri, se coniecturam tantum nonnullorum (ܐܝܟ ܕܐܢܫܝܢ i. e. *ut dicunt quidam*) repetere. De singulis haecce moneamus: ܪܚܘܒܘܬ per ܚܕܝܒ *(Adiabene)* explicat, quod Hessio (de Assyriis p. 9.) dubitationem movet. Spectat autem ܐܪܒܝܠ (i. e. *Arbela*) Adiabenae urbem primariam, vid. B. Hebr. p. 12., Assem. B. O. III, 2. p. 709. — ܟܠܚ p. 158.

243 seq.) tueri ac defendere possumus: hic tamen quum regionis Assyriae nomen *Καλαχηνή* Strab. 11. p. 432., 16. p. 242. in memoriam revocare, tum maxime ad pristinae aetatis monumenta, verbi caussa ea, quae nuperrime Botta haud procul a Nino urbe prope Chorsabâd detexit (v. Iourn. asiat. 1843. 44.), imprimis vero ad Nimrud oppidulum, sex horarum itinere a Mossula distans, Xenophontis *Λάρισσαν* Anab. 4, 3, 7., quod iam Bochartus Phal. 4, 23. cum רֶסֶן contulit, mentem atque animum convertere debemus. Audiamus Richium in libro *Narrative of a Residence in Koordistan* II. p. 131 sq. de Nimrud oppiduli ruinis narrantem: „*Indeed these ruins singularly illustrate those of Niniveh, and I was delighted to find scattered about fragments of burnt bricks with cuneiform inscriptions on them ..... I obtained a brick covered with cuneiform writing on the face and the edge; the writing larger than that at Babylon, and not in the centre of the brick, but covering the face; the bricks thicker than those of Babylon, and indeed much resembling the Niniveh bricks*“; audiamus, dico, peritissimum harum rerum aestumatorem, ut in hac etiam regione seriem monumentorum, quae forma sua Assyriam, ut illa in terra Shin'ar reperta Babylonicam

---

s. ܟܠܚܢܐ p. 58., utrumque librariorum incuria irrepsit pro ܟܠܚܢܝ, ut recte iam vidit C. de Lengerke de Ephraemo Syr. I. p. 49. Hoc oppidum Ephraemus idem esse opinatur atque ܚܛܪܐ i. e. الحضر Abulf. Geogr. p. 284., Edrisi II. p. 147., Ibn el Wardi p. 104 sq., cuius conditor apud Ibn el Wardium et in Lobab libro (msc.) الساطرون nominatur, quem eundem atque ܚܛܪ ܢܨܪܐ Bar Bahluli et Bar Alii apud Gesenium de Bar Alio cet. II. p. 17 sq. esse manifestum est. Per proditionem in Saporis potestatem redactum et dirutum est. Cf. Eutych. Ann. I. p. 369., Notic. et extr. II. p. 324. 434. c. Ritter Erdk. X. p. 129 sqq. Ruinae magnificae descriptae sunt ab Ainsworthio Trav. II. p. 163 sqq. — Denique ܪܫܥܝܢܐ urbs Mesopotamiae راس عين (vid. me ad Gen. p. 240. 235.). Haec omnia inde orta sunt, quod illi arctiorem אַשּׁוּר nominis significationem neglexerunt.

prae se ferunt notam, exstare intelligamus. Accedit, ut veteres etiam classici scriptores Assyriam trans Tigridem collocent. Iam Herod. 1, 102. ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους καὶ Ἀσσυρίων τούτους, οἵ Νῖνον ἔχον verbis provinciam accuratius designat, quae et in S. S. אַשּׁוּר appellatur et a Strabone 16. p. 241. 244. nomine Ἀτουρία (sive Ἀτυρία Dio Cass. 68, Traian. 26. i. q. ܐܬܘܪ) regni Assyrii pars ea nuncupatur, ἐν ᾗπερ ἡ Νῖνος et p. 246. Γαυγάμηλα κώμη, quaeque τοῖς περὶ Ἄρβηλα τόποις finitima a Λύκῳ ποταμῷ (ܙܒܐ ܥܠܝܐ ܕܐܬܘܪ B. Hebr. p. 126. h. e. الزاب الاعلى Sabatus superior) sit terminata; eadem Ἀτουρία regio, quam Arriano 3, 7. teste Alexander, quum Tigride transmisso Darium peteret, peragravit; Ἀσσυρία, dico, ultra amnem, ubi a Ptolemaeo (6, 1.) quoque rectissime ponitur. Quod a Romanis saepius *Adiabene* (= ܚܕܝܐܒ) nuncupatur, id Plinium 5, 13. habet et Ammianum 23, 6. interpretes. Minime vero haec angustior Ἀσσυρίας nominis notio, ut etiamnunc FORBIGER Hdb. d. alt. Geogr. II. p. 607. opinatur, a Romanis demum profecta est et usu recepta. Etenim iam in duabus Darii inscriptionibus Persepolitanis, altera nimirum ea, quam NIEBUHRIUS Litt. I. signavit, lin. 11., voc. 2., altera in Darii sepulcro reperta a WESTERGAARDIO nuper transcripta et a LASSENIO (Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes, Tom. VI.) edita Tab. III. lin. 26. 27. ÂΘURÂ [21]) iuxta Babyloniam et Gordyaeam collocata invenitur, ut apud Strabonem ll. cc. Ἀτουρίαν Assyrii regni provinciis insertam videmus. Itaque vel hac in re veterem sermonis usum bene conservasse Syri videntur, quum ܐܬܘܪ a ܡܨܪܝܢ et ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ, cuius rei exempla iam supra allata sunt (cf. ASSEM. B. O. III, 2. p. 709 sqq.), disiunctam nonnisi de agris trans Tigridem sitis usurpare soleant. Nec fortuito factum esse puto, quod omnibus temporibus usque ad nostram aetatem Assyriae nominis vestigia ibi inveniuntur. Oppidum enim Nimrud

21) Vid. BURNOUF mémoire sur deux inscriptions cunéiformes, Par. 1836. p. 138 sq., LASSEN Keilinschriften von Persepolis, Bonn 1836. p. 71 sqq., Zeitschrift f. d. Kunde d. Mgl. VI. p. 48 sq.

de quo supra disputavi, apud Arabes olim أثور الخراب i. e. *Assyria diruta* (Abulf. Geogr. p. 285. cl. c. p. 289. Dſhihannuma p. 433.) vocabatur et etiamnunc teste Richio (Narrat. II. p. 131.) hoc nomine appellatur. Adeo totam regionem illam ab hoc oppido nomen أثور traxisse perhibet geographus apud Schultensium (Vit. Sal. ind. geogr. s. v. Mosula), unde id certe sequitur, etiam Arabes illam terram nominasse Assyriam, ut saepenumero ܐܬܘܪ pro الموصل, regione puto, dictum esse, testis est Thomas a Novar. p. 301., aliaque nominis vestigia in nominibus Curdicis probabiliter Roediger et Pottius (Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenl. III. p. 9.) recognoverunt.

Uberiore hac in re opus erat explicatione ad perspiciendam Geneseos dicti, a quo profecti sumus, sententiam. Iam si omnia, quae huc usque disputavimus, una comprehensione complectimur, sic statuendum est, Nimrodum, postquam in late patentibus Babyloniae campis imperii sui fundamenta iecerat, septentriones versus profectum ultra Tigridem novam civitatem condidisse, vel si, ut nobis proposuimus, de loco, ubi נִינְוֵה sita fuerit, quaerimus, Ninum urbem nonnisi in orientali Tigridis ripa sitam fuisse. Haec Scriptura Sacra.

2. Comparatis inter se scriptorum sacrorum testimoniis cum relicuis eruditae antiquitatis testibus male profecto utrique se haberent, si Baehrio, Mannerto aliisque concedendum esset, Ninum a Tigride vel ex Assyria propria submovendam et ad Euphratem adeo in Babylonis vicinia collocandam esse. Atqui vehementer dubito, num viri acutissimi, ubi ex obscurioribus scriptorum enunciatis dilucidiora veterum testimonia pendunt, omnino hac in quaestione rei rectam instititerint explicandae viam. Conemur igitur veterum disponere narrationes earumque rimari sententiam.

Testimonium omnium maxime perspicuum invenitur apud Strabonem 16. p. 241. 244. *Νῖνον* urbem *ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ* exstructam fuisse narrantem et paullo post p. 246. adiicientem: *ἐν δὲ τῇ περαίᾳ τοῦ Λύκου* (a Babylone scilicet) *τὰ τῆς Ἀτουρίας πεδία τῇ Νίνῳ περίκειται*, cl. c. B. Hebr. p. 496. h. dyn. p. 476. Obversari scriptoris animo eam regionem, quam e

Geneseos locis demonstravimus, non eget explicatione. Cum Strabone concordat Diod. Sic. 17, 53., ubi Darius ἔσπευδε περὶ τὴν Νῖνον ποιήσασθαι τὴν παράταξιν; simul e cap. 55. eiusdem compertum habemus, Alexandrum haud procul a Beled, ut puto, vado huius regionis si non unico longe tamen usitatissimo Tigridem transgressum διὰ τῆς Ἀτουρίας χώρας (Arr. 3, 7.) contendisse, ut hostem, qui ad Bumadum *(el-Ghasir)* castra locaverat, consectaretur. Denique concinit Ptolem. 6, 1., qui Ninum a Lyco flumine in boream versus orientali Tigridis, Ninum praeterfluentis scilicet (vid. Herod. 2, 150. cf. 1, 193. [22]), Arrian. Indic. 42, 2., Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 988. ed. Bernh. p. 292 sq.), ripae imposuit, vel ex Ctesiae verbis apud Diod. Sic. 2, 26. colligi potest, urbem ad sinistram amnis sive orientalem ripam conditam fuisse. Quod si Plinius 6, 16. *fuit*, inquit, *et Ninus imposita Tigri ad solis occasum* [23]) *spectans* eamque propterea Mesopotamiae urbibus 6, 30. annumerat: hoc sine dubio Plinii nititur errore, quum etiam apud Tacitum Ann. 12, 13. Romani *transmisso amne Tigri* Adiabenos permeantes *urbem Ninum, vetustissimam sedem Assyriae* attingant et Amm. Marc. 23, 6. (cl. c. 18, 7.) *Ninum civitatem, quae olim Persidis regna possederat, in Adiabena, Assyria priscis temporibus vocitata* (cf. c. Plin. 5, 13.) collocet. Quae quum ita sint, satis apparet, veteris Assyriae caput, in orientali Tigridis ripa conditum et, ut accuratius

22) Herodotus l. c. hoc tantum sibi vult, amnem, cui Ninus imposita fuerit, Tigridem esse. Mannertus V. p. 446. incredibili fere errore Herodotum Ninum ad maximam illam navigabilem fossam, quae Euphratem cum Tigride coniungit (*Naarmalcha* cf. Cellar. orb. ant. II. p. 741.) collocantem facit.

23) De Nino in utraque ripa Tigridis condita (cf. Bellermann Hdb. d. bibl. Literat. III. p. 375.) nihil compertum habemus, nec constat, Plinii tempore iam eo loco, ubi post Mofsul condita est, urbem fuisse, ad quam Nini nomen translatum esse existimemus, licet d'Anvillius *l'Euphr. et le Tigre* p. 87. *Λάββανα* Ptolemaei huc referat. Vide, quae Ainsworthius Trav. II. p. 331. haud spernenda huic Ptolemaei capiti opposuit. Schultheßii (Paradies p. 115.) nugas non curamus.

definiamus, tam meridiem versus a vadis Tigridis, quam septentriones versus a Lyco fluvio situm fuisse, omnia et veterum et Scripturae Sacrae testimonia inter se congruere.

Quo magis in locis modo allatis Ammianum Marcellinum cum ceteris antiquitatis testibus consentientem invenimus, eo minus, quum ab eodem lib. 14, 8. *Hierapolis* (i. e. *Βαμβύκη*, ܡܒܘܓ s. منبج apud Abulf. Geogr. p. 270.), celeberrima urbs sacerdotalis, *Veteris Nini* nomine appelletur, in discrimine versari videtur consensus. Consentit quidem cum Ammiano Apollonius apud Philostrat. Vit. Apollon. 1, 19., qui Antiochia profectus *εἰς τὴν ἀρχαίαν Νῖνον* pervenit et hinc demum c. 20. in Mesopotamiam contendens Euphratem attingit, simulque *Δάμις*, Apollonii comes, Hieropolitanus *τὴν ἀρχαίαν οἰκῶν Νῖνον* vocatur a Suida I, 1. col. 1168. (ed. Bernh.). Attamen iam Bochartus Phaleg 4, 20. (p. 282.) non solum inter hanc urbem et Assyriae metropolin illam multum interesse, sed etiam duplicem Ninum, alteram ad Euphratem i. e. Hierapolin, alteram ad Tigrim exstitisse probe vidit, vel, ut rectius definiam, veteris regni Assyrii Semiramidisque sedis nomen simul ad Hierapolin translatum ideoque cognomine *ἡ ἀρχαία Νῖνος* hanc ab illa distinctam esse, prorsus ut eadem ratione etiamnunc in oriente distincta sexcenties inveniuntur nomina, velut *Eski-Mofsul*, *Eski-Baghdad*, alia, quibus, utrum illud prius an hoc posterius conditum sit, omnino nunquam arguitur. Quaerentibus autem nobis, qui factum sit, ut urbis longo intervallo distantis nomen in Hierapolin transferretur, id iam Hitzigius ad Jes. p. 293. paucis quidem sed bene illustravit: *Solches haengt zusammen mit der Priesterfabel, dass die Koenigin und auch die Gottheit der Assyrer* (*Diod.* 2, 20.) *Semiramis, eine Tochter der Derceto gewesen sei Diod.* 2, 4., *welche in Hierapolis einen Tempel hatte*, *Lucian de Dea Syr.* §. 11—16., cl. c. Assem. B. O. I. p. 327., Baehr ad Ctes. p. 393 sq. Idem fere accidit Straboni 16. p. 294, qui errore quidem lapsus Hierapoli, *ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀτεργάτιν*, simul *Edessae* nomen tribuit. Nam ut hic ad Atargatis sacrorum arcem tanquam et cardinem alius eidem

numini sacrae urbis [24]) nomen translatum invenitur: sic Dercetis templum sibi tanquam matri nobilioris Semiramidis urbis nomen vindicavit et, ut distingueretur ab illa, ἡ ἀρχαία Νῖνος cognomen sibi ascivit. Ullo tempore vero Assyriae regni caput Hierapolis loco situm fuisse nemo unquam hoc cognomine significare voluit. Frustra igitur viri docti ad hanc Veterem Ninum provocarunt, ut Ctesiae de Nino ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν testimoniis succurrerent. Ex iis enim, in quibus hucusque versati sumus, intelligitur, Ctesiam ubique Euphratem cum Tigride confudisse (cf. Wesseling. ad Diod. 2, 3., Schulthess. *das Paradies* p. 116., Hitzig. ad Jes. l. c.) eodem errore, quo duorum fluminum nomina apud scriptores rerum ab Alexandro gestarum nonnunquam confusa inveniuntur Curt. 4, 9. Diod. Sic. 17, 55. coll. c. Arrian. 3, 7. (vid. Droysen. *Geschichte Alexanders des Grossen* p. 221.). Accedit, ut Ctesias ipse (ap. Diod. 2, 7. 26. 27.) haud ignoret, Ninum orientali amnis ripae impositam fuisse, ibique eo minus de *Bambyce*, unica urbe quae postea ἡ ἀρχαία Νῖνος nuncupabatur, cogitasse apertum est, quo magis ipsum fugere non potuit, Bambycen occidentem versus ab Euphrate in regione mediterranea quinto demum lapide inveniri (cf. Ritter. Erdk. X. p. 1041.), et omnia, quae de agro Niniveno addidit, orientali Tigridis ripae apta sunt et consentanea (vid. Animadv. II. s. fin.). Hisce simul concidunt, quae nonnulli de Nino, seriore demum tempore ad Tigridis ripam condita, a vetere Assyriorum sede distinguenda vel etiam de Nino Assyriorum et regum Adiabenorum domicilio errore confusis commenti sunt. Optime igitur veteres scriptores de loco, ubi Ninus sita fuerit, inter se consentiunt, quorum auctoritas

3. mirifice augetur eo, quod indigenis tradentibus usque ad hunc diem meridiem versus a vadis Tigridis et septentriones versus a Lyco, urbi Mosulae ex adverso in orientali Tigridis ripa locus invenitur, ubi

24) Edessenos Ἀτεργάτιν coluisse eiusque sacrorum etiamnunc superesse vestigia, in *Encyclop. Halensi* s. v. *Edessa* exposuimus.

Ninum quondam collocatam fuisse dicunt. Traditionis vero nomine hic nequaquam nugas istas voco, quas a peregrinatoribus imperitis ex incolarum male eruditorum ore studiose captatas temereque repetitas ingens numerus hominum imprudentium, qui quamvis ne primoribus quidem labris infinitam litterarum orientalium doctrinae copiam degustarint, confidenter tamen de eiusmodi rebus iudicium sibi arrogant, lubenter arripit, ut orientem eiusque traditiones facili negotio amoliatur. Multo potius eam volo traditionem, quae doctorum orientis ore maximeque eruditorum scriptis nititur. Quam si Mannertus, alioquin vir mirifice meritus, melius perspexisset neque ea uti ignorasset, nunquam (l. c. p. 442.), Ottero I. p. 132 sqq., ut videtur, nixus dixisset: „*die gewoehnliche Tradition der Einwohner versetzt Ninive nicht an die Ost- sondern an die Westseite nach Alt-Mosul*“ traditionemque hac analogia: „*sie erklaeren mit eben der Zuversicht das heutige Bagdad fuer das alte Babylon*“ suspectam reddere ausus esset. Nam solum Mannertum fugit, scriptores orientales, ut Abulf. Geogr. p. 303., traditione edoctos veteris Babylonis situm rectissime definivisse; Mannertum solum praeteriit, quod inter omnes constat, tantum abesse, ut Turcicum nomen *Eski-Mofsul* (i. e. *Alt-Mofsul* cf. Ives. II. p. 194. Nieb. II. p. 377.) antiquitate sua commendetur, ut oppidum usque ad inferiora medii aevi secula ܒܠܕ, بلد (H. Hebr. p. 248. Edrisi II. p. 153. Abulf. Geogr. p. 285. Golius ad Alferg. p. 235 sq. Assem. B. O. III, 2. p. 727.) appellatum neque unquam pro Nini loco habitum sit. Vide, quae iam d'Herbelot. O. B. III. p. 656. (ed. vern.) ea de re exposuit. Quae quum ita sint, non possum, quin ea, quae a scriptoribus orientalibus de Nini situ nobis tradita sunt, paullo uberius componam [25], tum ut convincantur errores eorum, qui hodiernos tantum orientales Nini aream e regione Mofsulae ostendere dicant omniumque testium consensus perspiciatur, tum ut argumenta afferam

---

25) Nonnulla iam ad Genes. p. 237. annotavi. Placet totum retractare locum.

ea, quae a Baehrio (l. c. p. 392.) apud Niebuhrium desiderantur.

Ac primum quidem interrogemus geographos scriptores. Docet Jacut in Mofhtarek libro (mscr) haec: نينوى بلد قديم كان مقابل مدينة الموصل i. e. *Ninive urbs vetus, urbi Mofsulae ex adverso sita;* consentiens cum geographo apud Schultensium (Vit. Salad. ind. geogr. s. v. Mosula) perhibente: مقابلها من الجانب الشرقي نينوى i. e. *e regione eius* (sc. urbis Mofsul) *orientem spectans Ninive est*, cl. c. Edrisio II. p. 148. Accedit Kaswini, qui in âthâr el-bilâd libro (msc.) nos docet: نينوى .... كانت بشرقي دجلة عند الموصل في قديم الزمان i. e. *Ninive ... sita erat a Tigride orientem versus prope Mofsul pristina aetate;* tum Ibn Ajjâs (msc.) اعلم ان هذه المدينة كانت شرقي الدجلة بالقرب من الموصل i. e. *scito, hanc urbem a Tigride orientem versus haud procul a Mofsul sitam fuisse* cl. c. Bakui in Not. et Extr. II. p. 501.; porro Abulfeda geogr. p. 285: قبالة الموصل من البر الاخر الشرقي مدينة نينوى الخراب i. e. *e regione Mofsulae in ripa altera orientali sita est Ninive diruta;* denique Ibn-el-Wardi: نينوى مدينة قديمة ازلية قبالة الموصل وبينهما الدجلة i. e. *Ninive, urbs antiqua pervetusta e regione Mofsulae sita est, inter utramque Tigris* [26]. Assentiuntur geographis historici scriptores, qui haud raro huius urbis mentionem faciunt, vel singulas vastarum ruinarum partes commemorant (vid. Animadvers. III.), totam etiam regionem Ninives nomine (ܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ s. نينوى) complectuntur. Apud B. Hebr. h. d. p. 414. Saladinus, Mofsulam oppugnans id egit, *ut Tigrim Niniven versus derivaret* (قطع دجلة من الموصل الى ناحية نينوى) urbemque per aquae inopiam ad deditionem cogeret; idem B. Hebr. chron. syr. p. 365. narrat, Nur-ed-dinum, Tigride prope Beled transmisso, secundum amnem iter fecisse et ܒܡܕܢܚܐ ܕܡܘܨܠ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܣܛܪܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *in oriente Mofsulae, nempe in latere Ninives* castra posuisse. Elmakino p. 14. narrante Heraclius imperator شخص الى نينوى

---

26) Sic verba in Cod. Goth. N. 299. leguntur; paullo aliter Hylander p. 114. edidit.

نزل على نينوى الدرب الاكبر i. e. *contendit Niniven et ad viam maximam castra metatus est.* Hic de urbis ipsius reliquiis sermo est, cf. Theophan. Chronogr. p. 265. Alibi regionem usque ad Sabatum superiorem s. *Ἀτουρίαν* Veterum, in qua Ninus olim sita erat, nobilissimae urbis nomine appellatam reperimus. Sic B. Hebraeo p. 445. teste Mutaffer-ed-din Arbelis pervenit ܠܢܝܢܘܐ ܘܒܙܗ ܘܐܘܩܕ ܙܪܥܗ i. e. *Ninum, eamque depopulatus est et segetes eius combussit;* alio loco p. 464. idem redit Mutaffer-ed-din ܘܒܡܥܒܪܗ ܕܢܝܢܘܐ ܠܐ ܐܝܬܝ ܐܢܫ i. e. *et neminem laesit, quum Niniven transiret.* Porro apud B. Hebr. p. 496. Tatari Arbelis ܠܢܝܢܘܐ i. e. *Ninum* (sive بلد نينوى h. dyn. p. 476.) contendunt ܘܫܪܘ ܚܠܐ ܒܢܚܠܐ ܕܩܪܝܬܐ ܕܬܪܡܠܝܫ ܩܪܡܠܝܫ i. e. *et castra ponunt iuxta rivum vici Carmelish* vel ut in exemplo Arabico legitur: ساقية قرية ترجلى وكرمليس i. e. *rivum vici Terdshilla et Carmelis.* Hi vici, qui secundum narrationis nexum *ἐν τῇ περαίᾳ τοῦ Λύκου* (Strab. 16. p. 246.) in agro Ninivensi siti sunt, etiamnunc exstant: *Carmelis* quattuor horarum spatio a Mosula distans (v. Rennell. illustrations p. 153 sqq., Rich. Narrative II. p. 27., Ives. II. p. 170.); *Terdshilla* unius horae spatio a Carmelis, in extremo clivo montium Karatshuk (Rich. II. p. 344 sq.), ambo ad rivum siti, quem Rich. l. c. p. 25. et Ainsworth. Travels II. p. 329. describunt. Huc item pertinet B. Hebr. h. dyn. p. 540., ubi Shems-ed-din برطلي i. e. *Bartillam* (ܒܪܛܠܝ chron. syr. p. 464. 537. 575., Assem. B. O. II. pag. 255., alibi ܡܥܫܪܬܐ ܕܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *castrum regionis Ninivensis* Assem. B. O. II. p. 261. in vicinia Bâashîkae v. Rich. Narrat. II. p. 345., Nieb. II. p. 352.) nuntium fert, el-Malek es-Ssaleh apud animum suum statuisse, ut جميع اكابر النصارى ببلد نينوى i. e. *omnes proceres Christianorum in pago Ninivensi* interficeret, iique, qui metu perterriti profugiunt, Arbela contendunt. Similia apud B. Hebr. chr. syr. p. 539. Hunc vero loquendi usum non solum apud scriptores Christianos, qui Episcopatum Ninivensem norunt, invenimus, sed etiam creberrime apud Moslemicos. Quo tempore Arabes Mesopotamiam suae potestati subiiciebant, apud Wakedium

de Mesopot. expugn. (ed. Ewald.) p. 15. 33. Wartabek princeps *Ninives* et Mofsulae vocatur. Certissime hoc loco Ninive nomen est praefecturae, haud secus atque عابدين i. q. ܛܘܪ ܥܒܕܝܢ, quam appositam cernimus, etiam apud B. Hebr. p. 576. et Chronogr. in Pauli *Repert.* I. p. 11. 25. praefecturae caput comparet. Accedit Kaswini in ath. el-bil. libro (msc.): دير متى بشرق الموصل على جبل شامخ من اشرفه ينظر الى جميع رستاق نينوى i. e. *monasterium Matthaei* (ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ B. Hebr. p. 538 sq. 559. 576. 613., Assem. B. O. I. p. 444. III, 1. p. 392., Rich. Narrat. II. p. 73 sqq.) *Mofsula orientem versus in alto monte situm est, e cuius cacumine prospicitur totus ager Ninivensis*, cf. Bakui in Not. et Extr. II. p. 484.; similiter ut apud B. Hebr. p. 566. timor occupat ܒܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ ܘܥܪܩܘ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܬܪܐ ܠܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ i. e. *regionem Ninivensem omnesque incolae in monasterium Matthaei fugiunt*, et Barfsuma de monasterio Matthaei *descendit Niniven* (ܢܚܬ ܗܘܐ ܠܢܝܢܘܐ) apud Assem. B. O. III, 1. p. 392. Quemadmodum loco modo commemorato Kaswini cum Edrisio II. p. 148. رستاق نينوى i. e. *ager Ninivensis* dicit, ut nihil dubitationis sententiae insit, sic alio eiusdem codicis loco de *Scarabaeorum monasterio* (ܕܝܪܐ ܕܚܢܒܘ̈ܣܠܐ), quo apud B. Hebr. p. 539. incolae ܕܒܝܬ ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܩܪܝܬܐ i. e. *aulicorum vici* (qui in ditione Ninivensi est, cf. B. Hebr. p. 464.) aliique ܡܢ ܒܢܝ̈ ܢܝܢܘܐ *Ninivensium* (cf. p. 612.) fugiunt, satis aperte haec narrantur: دير الخنافس هو نزه لعلوه على الضياع واشرافه على انهار نينوى i. e. *monasterium scarabaeorum amoenum est propter situm altum supra vicos et propterea quod imminet fluviis Ninives.* Alia loca infra afferam. Ne tamen praeteriisse quicquam dicar, commemoro B. Hebr. p. 538., ubi Curdaei ܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *regionem Ninives* ingressi ܕܝܪܐ ܕܐܚܘ̈ܬܐ ܕܒܝܬ ܩܘܕܝܕܐ i. e. *monasterium sororum Cudidae* (cf. p. 578.), haud procul a Bartilla (vid. sup.) et Bar Hebraeo apud Assem. B. O. II. p. 260. teste in Ninivensi regione situm, capiunt. Eadem in regione etiam ܒܝܬ ܓܒܫܘܪ ܩܪܝܬܐ ܒܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *vicus*

Beth-Tachfhur in regione Ninivensi B. Hebr. p. 552. situs erat, quem nostratium, quod sciam, nemo invenit. Contra Bar Hebraei p. 537. ܒܝܬ ܥܫܝܩܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *Beth-'Afhika in Ninive* notissima est باعشيقا (cf. hist. dyn. p. 539.), Matthaei monasterium inter et Nini rudera apud RICHIUM l. c. p. 67 sq., GRANTIUM the Nestorians p. 28., RITTER. Erk. IX. p. 733. Ex his omnibus sponte intelligimus, quo iure iam Kaswinius dixerit: نينوى بلاد وقرى i. e. *Ninive oppida et pagi* s. Ninive regio est, quae oppida et pagos complectitur [27]).

Mirifice igitur medii aevi scriptores unum et idem sentiunt omnes. Campos a Tigride in orientem versus late patentes haud fortuito Nini nomine appellant et in iisdem Mofsulae ex adverso locum definiunt, quo ingentem urbem sitam olim fuisse acceperunt. Iam si deprehendimus, seculis posterioribus inde a BENIAMINI TUDELENSIS et RABBI PETACHIAE temporibus usque ad NIEBUHRIUM, RICHIUM, BUCKINGHAMIUM, AINSWORTHIUM, BOTTAM aliosque nostratium eodem prorsus loco Nini ab indigenis monstrari rudera, quis tandem est, qui hanc sententiam, quam in totius medii aevi traditione fundatam scimus, inanibus recentiorum nonnullorum commentis niti iudicet? Optime vero haec medii aevi testimonia cum iis, quae de Nini situ Strabo, Diodorus Siculus, Ptolemaeus tradiderunt, concinere minimeque pugnare cum Herodoto et relicuorum testium auctoritate, id supra satis comprobasse mihi videor. Certissime igitur traditio, cuius fidem tueri cogor, multo antiquiorum temporum nititur memoria, quam quin a recta rerum ipsarum recordatione repetamus, eo minus nobis dubitandum est, quo magis tum Veteris Testamenti enunciata eundem locum indicant, tum etiamnunc urbis quae supersunt sibi ipsa sunt testimonio.

27) Teste CHAMPOLLIONE gram. egypt. p. 150. vox NNIA cum determinativo regionis, non urbis, invenitur. Nihil definio, quum monumentum ipsum eiusque aetatem ignorem.

II. De locis, quae circumiacent Nino.

Quantam Ninus, quum regni potentissimi sedes (2 Reg. 19, 36.) esset et tanquam centrum, quo infinita mutuaque populorum commercia confluerent, fuisse scimus: tantam maxime loci opportunitate factam esse, vix est, quod pluribus exponam. Liceat igitur levi adumbratione regionis lineamenta designare maximeque ea tantum describere, quibus V. Ti. de Nino dicta illustrentur.

Iam vero ex iis, quae huc usque disputata sunt, cognitum habemus, Ninum e regione Mofsulae (sub 36° 22′ lat. septr.) in campis iuxta Tigridem sitam fuisse. Atque regio, quae ex omnibus partibus certis ac constantibus terminis septa est, circa urbem expansa quasi et diffusa cernitur. Nam occidentale latus totum alluit Tigris amnis, latus et profundus, paucis tantum vadis transmittendus; meridiem versus Sâbatus superior (الزاب الاعلى) circumfunditur, qui auctus amne Bumado (الخازر, v. Rich. Narrat. II. p. 21 sq. 343.) usque dum in Tigridem prope *Kufhaf* (كشاف Abulf. Geogr. p. 275. B. Hebr. p. 581. cl. c. Thevenot. Reisen [ed. *Francofurth.* 1693.] II. p. 84.) prorumpit, arcu, cuius radii (= 24 mill. geogr.) in Nini colliguntur area, regionem circumfluit [1]). In orientem versus et septentriones regio cincta

---

1) Diserte Rich. l. c. p. 408. narrat: *„The mouth of the Zab is nine hours from Mousul by land* [cf. Niebuhr. II. p. 364.]; *and several other villages which are on the northern, or left bank of the Zab, from its junction whith the Tigris up to the passage at Kellek, are all said by the natives to be nine hours from Mousul."* Cf. Abd al-Kerim in Paul. Rep. II. p. 60 sq. Hoc loco milliarium geographicum ex geographorum recentiorum sententia sexagesimae gradus latitudinis parti aequum nos posuisse annotemus.

est montibus Corduenis excurrentibus, qui duplici tractu, editiore nimirum *Dshebel Maklub* (جبل مقلوب) iugo, cui Matthaei monasterium, maris aequore 1500′ excelsius, impositum est (vid. p. 24.), et parallela paullo demissiore clivorum serie prope Ba'ashikam, trium horarum spatio a Tigride remota, ab occasu solis in continentibus campis desinunt, contra in meridiem versus per iugum saxorum arenosorum (Ainsworth. Trav. II. p. 329.) collibus *'Ain-al-Ssafrae* (عين الصفراء) iuncti usque ad flumen, quod fines australes constituit, porrecti sunt. Septentriones versus Dshebel Maklub per humiliores colles (Ainsw. l. c. p. 336.) cum clivis prope Alkosh et Rabban Hormus, qui ex *al-Akrae* (العقر Abulf. Geogr. p. 274.) montibus, ut traditur, procurrentes (Rich. l. c. II. p. 98.) ab oriente brumali ad caurum vergunt (Ainsworth. Resear. p. 264.), connectitur. Atque his quidem collibus infimus ascensuum, quibus per gradus quasi septentriones versus assurgit terra, efficitur: superiores vero sunt Sachu (جبل ابيض, 2500′ supra mare) montes praerupti, qui longo tractu usque ad Tigridem procurrentes totam regionem prorsus secludunt [2]).

Ac regionem quidem, finibus hisce certis ac definitis circumscriptam, scimus planitiem esse late patentem, quae undata plerumque clementer ad Tigridis ripas delabens cum locis campestribus Mesopotamiae superioris, quae Edessam inter et Callinicum (الرقة), Nesibin inter et Hatras (الحضر) sita sunt, commune quidem habet solum culturae aptissimum, tamen tum Corduenis montibus a noxio afflatu seclusa feliciore utitur temperie (cf. Ainsworth. Res. p. 31.), tum torrentium frequentiâ (v. Tavernier. [ed. Norimberg. 1681.] I. p. 75.) largius irrigata agrorum fertilitate illis multo praestat, cf. Nieb. II. p. 351. 364. Olivier. IV. p. 287. Rich. Narr. II. p. 67. Ainsw. l. c. p. 29 sq. Trav. II. p. 131 sqq. c. Isstachrio p. 40. Ibn el Wardio p. 104. Quorum torrentium prae ceteris nomino eum, qui e montibus prope Elkosh et

2) Ut altitudinum relativarum rationes paullo accuratius definiam, moneo, aequor Tigridis prope Mosul 353′ et Dshesiret ben 'Omar 842′ supra mare persicum assurgere (Ainsworth. Res. p. 110. 267.).

Rabban Hormus defluens in meridiem versus omnem pervagatur planitiem et pro annuis temporum commutationibus aut lenis, aut imbribus increscens rapidus ac violentus (vid. Rich. Narr. II. p. 56. 64. Ainsw. Trav. II. p. 142.) per mediam urbem Ninum illabitur Tigri. A Bar Hebraeo (chron. syr. p. 115.) vocatur ܚܐܙܪ ܢܗܪܐ ܒܐܬܪܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *Chasar, torrens in regione Ninivensi;* a recentioribus, qui Anglos sequuntur, *Khausser, Khosar* scribitur. Infra ad eum reverti licebit. Ceterum omnia, quae ex terrae natura ac conditione colligi possunt, expromere imprimisque integros fastos oeconomicos regionis conficere neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium, quantumvis et a recentioribus et a scriptoribus Arabicis Syriisque silva rerum comparata atque instructa sit. Singula tantum eligamus, ut iam supra a nobis significatum est.

1. Ac primum quidem quamquam coeli temperie, ut modo dictum est, satis felici utuntur agri Assyrii, tamen hybernum frigus et aestivi solis ardor tam longe inter se distant, ut id ad universam regionis conditionem aliquid momenti habeat necesse sit. Prorsus enim, quae Kaswinius in Athâr el-bilâd libro (msc.) de Mofsula prodidit, ea ad Ninum quoque pertinent: هواها طيب فى الربيع اما فى الصيف فاشبه شىء بالجحيم فان المدينة حجرية جصية يوثر فيها حرارة الصيف تبقى كالشاخورة وخريفها كثير الحمى تكون سنة سليمة والاخرى موبئة يموت فيها ما شاء الله وشتاؤها كالزمهرير i. e. *aër bonus quidem verno tempore, sed aestate inferno ardori similis est. Urbs lapidibus gypseis*[3]) *exstructa est, qui ardore aestatis in se recepto, furno similes sunt*[4]). *Auctumnus febres multas affert; annus unus saluber est, alter pestifer, quo moriuntur*

---

3) Hic significatur marmor Mofsulanum quod dicunt, quo lapide his regionibus plerumque et fere semper ad aedificandum utuntur. Cf. Ainsw. Res. p. 257. Illa Kaswinii testimonia etiam ad Ninum pertinent, praesertim quum Mofsul fere omnis ex Nini reliquiis exstructa sit.

4) Vid. Thevenot. II. p. 75 sq., Campbell. *Landreise nach Indien* (ed. vern.) p. 252.

quot mori Deo placet. Atque hiems perfrigida est. Addo, Niebuhrium II. p. 358. quoque et Olivierum IV. p. 270. hiemem satis gravem et B. Hebraeum p. 565. altas nives magnumque frigus in illis regionibus testificari. Verumtamen, quando mense Februario una cum pluviis vernis (ܡܛܪ̈ܐ ܒܟܝܪ̈ܐ B. Hebr. p. 496.) primi appropinquantis veris nuntii comparent, celeriter omnia et herbae et arbores ad miram illam suavitatem, quam orienti propriam scimus, recreantur, dum Tigris amnis auctu magno per humiliora [5]) spatiatus loca rapido cursu hic exitiosus, illic foecundus innatat agris. Hae vero inundationes non solum australibus terrae partibus perniciosae sunt cf. B. Hebr. p. 153. 188. 204. 500., Ives. Reisen II. p. 95., sed etiam in locis, quae Mosulae circumiacent, tales vastationes Dion. Patr. ap. Assem. B. O. II. p. 112. testificatur, quales a Ctesia apud Diod. Sic. 2, 27. commemoratas invenimus [6]). Cf. Rich. Narrat. II. p. 62. Tamen, simul atque residunt undae et intra ripas revocantur, exeunte mense Maio ardores solis initium capiunt cf. Ainsw. Trav. II. p. 133—35. Ives. II. p. 188. 193 sq. et ita quidem, ut haud raro gramina, herbae, segetes aestivo vapore adustae prorsus intermoriantur (cf. Chronogr. in Paul. Repert. I. p. 41 sq.) incolaeque ardoris vim quacunque arte propulsare cogantur [7]). Rerum gestarum memoria edocti compertum habe-

---

5) Ainsworth. Trav. II. p. 327.: *at these seasons it attains in some places a width, just above Mosul, of about an English mile, and is a truly splendid sheet of water.*

6) Quod ad Gen. p. 150. adversus P. de Bohlen demonstravi, amnem mensibus vernis extra ripas egredi, id testimoniis Strab. 16. p. 257. 268. Plin. 5, 21. Amm. Marc. 18, 7. 23, 3. B. Hebr. p. 286. 350. et recentiorum ut Nieb. II. p. 298., Ker Porter. II. p. 258., Rich. Narr. II. p. 64., Ainsworth. Trav. II. p. 133. 327. cl. c. Rennell. illustrations p. 77. probatur. Inundationis tempus rebus naturae extra ordinem accidentibus interdum procrastinari posse velut B. Hebr. p. 267 sq. Abulf. Ann. III. p. 232. explicatione non eget.

7) Ingeniose profecto indigenae postero tempore ardores mitigare studuerunt. Kaswini in athâr el-bilad libro (msc.) de Mofsulanis narrat haec: وفى الجانب الشرقى عند انتقاص الماء يبقى على طرف دجلة ماء ضحضاح على ارض ذات حصباء يتخذ الناس عليها سررا وقبابا

mus, Saladinum aestate a. 1185 propter ingentem atque insolitum aestivi solis ardorem *Kefr Semmarae* (كفر زمار cl. c. B. Hebr. p. 394. 445.), oppido ad Tigridem Mosulae vicino, in acrem morbum incidisse, cf. Bohaed. Vit. Sal. p. 61 sq.; tum in monumentis quoque Assyriis prope Chorsabâd nuper repertis regem ipsum videmus in curru stantem, quem servus umbella contra solis iniuriam tuetur, vid. *Journ. Asiat.* 1843. N. 8. tab. XVII. Sed nihil est quod minus ferendum sit quam *venti ferventes*, qui tali coeli natura ac conditione hanc regionem inhabitabilem fere reddunt. Nolo quidem hoc loco in fervidorum Austrorum (cf. Jes. 21, 1.), qui ingentibus pulveris turbinibus aërem obumbrantes (B. Hebr. p. 553.) incredibili violentia (B. Hebr. p. 206.) proxima quaeque prosternunt atque proterunt (v. Ainsw. Trav. II. p. 134 sq., Ives. II. p. 190., Buckingh. p. 210. 216.), descriptione longius immorari: Subsolanum tamen illum vel Caecian terribilem, الشرقى appellatum, quem Rich. Narr. I. p. 124 sq. 145. 271. Suleimaniae observavit eumque II. p. 35. etiam in provincia Ninivensi flare testatur, paucis commemorabo. Hic quidem flatibus pulsibusve, terrae motui non dissimilibus, repentinis ex oriente vel e regione orientem inter et septentriones sita, prorumpens Austri instar immensam pulveris molem secum fert, fervidissimus et admodum relaxans et languefaciens *(extremely hot and relaxing)* [8]),

---

من القصب فى وسط الماء يسمونها السواريف ويبيتون فيها ليالى الصيف يكون هواها فى غاية الطيب واذا نقص الماء وظهر الارض زرعوا بها القثاء والخيار فيكون حول القباب مقثاة ويبقى ذلك الى اول الشتاء
i. e. *in latere orientali, quum aquae minuuntur et in Tigridis ripa languida tantum aqua super solum glareosum relinquitur, homines ibi lectos et casas arundineas in media aqua exstruunt, quae Sauarik appellantur, et habitant in iis per noctes aestatis. Aër hic est summae suavitatis. Quando aqua submittitur et terra apparet, serunt hic cucumeres et melones et circa casas areae sunt cucumeribus consitae* (cf. Jes. 1, 8.) *idque durat usque ad ineuntem hiemem*, cf. Ives. II. p. 188., Thevenot. II. p. 75 sq., Ainsworth. Trav. II. p. 135., della-Valle I. p. 193 (ed. Genf.).

8) A Curdis teste Richio I. p. 215. *Baya Rish* i. e. *ventus niger* vocatur. Similiter de eiusmodi ventis Syri usurpant ܪܘܚܐ ܐܘܟܡܬܐ

Samumo Baghdadensi haud impar eoque, licet violentia inferior, fortior tamen vi enervandi. Quae si tenemus, facile perspicimus loci Jon. 4, 8. potestatem, ubi frondeum prophetae umbraculum non solum marcidum et arefactum esse sed etiam רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית ad solis ardorem accessisse narratur, ut non longe abesset, quin Jonas torpore animique defectu afficeretur (וַיִּתְעַלָּף cf. c. Am. 8, 13. et Buckingh. p. 216.). Scriptorem his verbis ventum saracenum (الشرقي) illum in animo habuisse vix dubium esse potest. Quare refragor iis, qui חֲרִישִׁית vocabulum, quo peculiare venti attributum significari manifestum est, *tranquilli* sive *silentis* notione sumunt, multo-potius iis assentiri cogor, qui *secantem* proprie ventum *acutum* interpretantur esse (vid. Hitzig. *Klein. Proph.* p. 372.), quod rei unice est consentaneum.

2. Deinde considerantibus nobis Nini situm ac perpendentibus, quantum ad mutua populorum commercia valuerit, opportunissime eo loco condita fuisse videtur, ubi ex Asianorum sententia oriens ab occidente (ܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ vid. Assem. B. O. II. p. 248. 251.) seiungitur, in vastarum solitudinum montiumque inviorum confinio, simul ibi, ubi Tigris commode ac tuto navigari coepit. Imprimis via, qua occidentis industrii atque operosi populi in orientem tendere solebant, ea vix Ninum praeterire potuerunt. Nam altera via per australem Mesopotamiam desertam Xen. Anab. 1, 5, 1 sq. Str. 16. p. 292. Dio Cass. 68. Traj. 31. cl. c. 75. Sever. 2.), ferebat, quae, quamquam ad commercium cum Babylone non prorsus impedita (Strab. 16. p. 293.), lubenter tamen cum altero s. orientali itinere, quod auctore Amm. Marc. 23, 3. prope Carras (חָרָן V. Ti.) ab australi diiunctum, secundum Mesopotamiae montes *per Adiabenam et Tigridem* (Am. Marc. l. c.) in orientem ducebat, commutabatur (Arrian. 3, 7. Polyb. lib. 5, 51.); eodem, quo medii aevi temporibus utebantur cf. B. Hebr. p. 126.; eodem, quo

---

ܡܥܪܒܐ B. Hebr. p. 215. 275. 177. cl. c. p. 553 sq., quos etiam peculiaribus nominibus appellant, v. Bar Ali ap. Larsow. de diall. syr. reliquiis p. 24 sq.

etiamnunc mercatorum agmina per Orfam contendunt Mofsulam. Itaque negotiorum frequentia omnis fere ad orientalem Tigridis ripam compulsa fuit, ut inde per frugiferos agros mercatorum commeatus aut in occidentem versus Babylonem se conferrent, aut in orientem versus interiores Asiae partes adirent [9]). Ninus igitur in vertice quasi anguli posita fuit, in quem itinera et meridiem et occidentem spectantia conveniunt. Multo minor mercatorum agminibus septentriones et orientem spectantibus ad eligenda itinera facultas concessa fuit. Hic enim paucae tantum montium fissurae vallesque transversae aditum ad montes Corduenos praeruptiores solae aperiunt. Memoratu digna sunt verba Ainsworthii Trav. II. p. 337: *the ancient road and the modern one on the upper Tigris, follow pretty nearly throughout the same line, it being determined by the physical necessities of the soil.* Quot vero quantaque in his faucibus arctis impedimenta a copiis maioribus superanda sint, id argumentis investigandum non est, sed iam decem millium Graecorum aerumnis cognitum habemus. — Ad hanc loci opportunitatem accedit, quod urbs ad Tigridem sita fuit. Iam Diod. Sic. 2, 11. de commoditatibus, quas ex Euphrate et Tigride amnibus (الرافدان i. e. *opitulatores* ab Arabibus nuncupatis, vid. Kam. s. v.) percipiant emporia utrique vicina, disputat, nec aliter Arabes saepius Baghdadi situm opportunum laudant [10]). Ac si Ninum ipsam spectamus, ad duas potissimum res intendamus animum necesse est. Primum enim, quum Tigris paucis tantum vadis transmittatur vadaque ipsa nonnisi in superiore

---

9) Hac terrae natura efficitur, ut etiamnunc mercatorum agminibus vel a mari Persico in Armeniam (Campbell. *Landreise nach Indien* p. 252.) atque Syriam vel hinc Baghdadum versus tendentibus eâdem viâ per Mofsulam (Niniven) et Arbelá proficiscendi necessitudo imponatur, qua ipsis antiquitatis temporibus semper maiores copias gentiumque moles uti invenimus, ut apud Diod. Sic. 17, 53. Dio Cass. 68. Traj. 26. Satis etiam Romanorum calamitatibus apud Amm. Marc. 25, 8. edocemur, quales afferant commerciis difficultates Mesopotamiae solitudines.

10) Hoc loco ad B. Hebr. h. dyn. p. 218 sq. tantum provoco.

terrae parte reperiantur [11]), urbem ipsam vix declinare potuisse negotiatorum commeatus manifestum est; deinde ibi condita fuit, ubi fracto Tigridis, e montibus in planitiem egressi, ac sedato rapidiore cursu (Arrian. 3, 7.) fluviatilis via populorum commercio aperitur. Secundo flumine rates [12]), quas iam Herodotus (1, 194.) memorat, omnibus, quod sciam, temporibus deferebantur, quo itinere non solum licuit recta Nino in mare Persicum enavigare, sed etiam per canales navigabiles (Herod. 1, 193., נַהֲרוֹת בָּבֶל Ps. 137, 1. i. q. ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܕܒܒܠ B. Hebr. p. 171. 206. cl. c. Abulf. geogr. p. 52 sq.) Babylonem appelli, quare omnino non erat, quod Mannertus l. c. p. 445. propter voti sponsionem illam fere incredibilem apud Diod. 2, 28. Ninum Euphrati propinquiorem fuisse statueret. Itaque Ninus priscis temporibus omnium commodorum particeps fuit eorum, quibus seriore aetate Mofsula

11) Imprimis prope Beled oppidum, cf. B. Hebr. p. 365., hist. dyn. p. 403. (بلد عندها مخاضة i. e. *Beled prope quam vada sunt*) c. M. Kinneir. Journey through Asia Minor p. 457.

12) Teste Bohaeddino Vit. Sal. p. 50. navigatione velocissima mense Novembri anni 1182. Mofsulâ Baghdâdum 50 horarum tempore pervenerunt. Rates aquis altis iter tribus quattuorve diebus conficere solent. Kinneirius, Richius aliique Mofsula Baghdadum proficiscentes usi sunt his ratibus, quas peregrinatores fere omnes descripserunt, v. Tavernier. p. 76. 87., Nieb. II. p. 347. 354., Ker Porter. II. p. 259., Rich. Narr. II. p. 128. cl. c. Roediger. ad *Wellsted.* I. p. 59. Nunc vulgo *Kelek* (*σχεδία* apud Diod. Sic. 2, 11.) appellantur, quod vocabulum me apud inferioris tantum aetatis scriptores legere memini, velut apud Ibn Shahîn (msc.) Singularem numerum, ubi de Araxe (الرس) flumine narrat: لا يحمل السفينة ولا كلكا كذلك i. e. *nec navem nec ratem patitur;* ibidem Pluralem وتاتى الاكلاك ايضا الى بغداد فى الفرات من ارمينية i. e. *et ita rates Euphrate ex Armenia Baghdâdum perveniunt.* Ceterum vocabulum ipsum, in complures recentiores linguas asiaticas receptum (vid. Garzoni *grammat. della lingua Kurda* p. 98.), Arabicum est et revocandum ad كلكل s. كلكال, quo verbo propie significatur *pectus*, sive ea corporis pars, qua animal recubans sustinetur (Vit. Timur. I. p. 546.), tum *fundus* s. *carina* navis Edrisi Clim. 3. cap. 5. p. 2., idque translate ex eadem cogitatione dictum est, ex qua ظهر *dorsum* simul *constratum* s. tectum navis significare constat. Ratem vero recte fundum navis vocarunt.

frequens, opulenta, potens [13]) facta est, indeque facile colligitur, Ninum urbem emporium et commercii sedem fieri necesse fuisse. Etsi minoris momenti esse putamus, quod Herod. 1, 1. mercaturam Assyriam Phoenicum vetustissimam esse existimat, quoniam Assyrios et Syros parum accurate distinguere solet, tamen ab Ezechiele 27, 23. אַשּׁוּר Tyriorum mercaturae sociis annumeratur simulque ab חָרָן i. e. Carris in Mesopotamia (vid. me ad Gen. p. 283.), ab כַּנֵּה i. e. Ctesiphonte ad Tigridem (vid. supra p. 4.) et ab כִּלְמַד, cuius urbis vestigium Χαρμάνδην ad Euphratem sitam (Xen. Anab. 1, 5, 10.) esse probabiliter coniecerunt, seiunctam habemus, ut dubitari non possit, quin propheta horum locorum peritissimus Assyriam propriam significare voluerit. Atque haec multo certius et exploratius ex Nahumi oraculo apparent, in quo diserte praedicatur 3, 16. הִרְבֵּית רֹכְלַיִךְ מִכּוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם i. e. *plures tibi sunt mercatores quam stellae coelo* (vid. me ad Gen. p. 303.): hominum undique confluentium colluvies 2, 9. cum lacu, cuius innumerabiles undae, quando periculum instaret, diffluerent, comparatur; c. 3, 4. mercatura magna et copiosa adulterandi imagine effingitur; c. 2, 10. ingentes opes hoc loco cumulatas spectantur, denique 3, 14. morum pravitatis vitaeque mollis et delicatae, quae ex commodorum inani studio nasci solent, mentio fit, ut emporii opulenti et luxuriosi perficiatur imago.

3. Denique quaerentibus nobis, quid valeat positio munitissima ad Ninum regni potentissimi metropolin, maximas sane utilitates atque emolumenta ex natura regionis undique circumseptae in urbem redundasse existimandum videtur. Ac primum quidem Tigris, quem modo opulentiae adiutorem agnovimus, simul urbis propugnaculum firmissimum sponte hostes aditu arcuit (Curt. 4, 5. 14.), ut Darius paucis vadis custodias fere nullas ponendas curaret Diod. Sic. 17, 55. et Traianus nonnisi maxima virium contentione transitum expugnare posset, Dio Cass. 68. Traj. 26. Non minus Sâbatus s. Lycus propugnaculum erat, Polyb. 5, 51. Qui amnis

---

13) Vid. Schultens. Ind. geogr. s. v. *Mosula*.

(*ποταμὸς μέγας* ap. Theoph. Chronogr. p. 265. C. ed. Paris. cl. c. Xen. Anab. 2, 5, 1.) rapidus [14]) atque ubivis Tigride profundior (Ainsw. Trav. II. p. 327.); paucis tantum locis aegre transmittitur (Amm. Marc. 23, 6. cl. c. Rich. Narr. II. p. 21.), pernicies exercitus profligati, v. Curt. 4, 16. Abulf. Ann. I. p. 410 sq. 484 sq. Huc montes illi orientem et septentriones spectantes, quos iam Plinius 6, 10. vocat *invios*, accedunt, ut Ninivitae terrae portas (שַׁעֲרֵי הָאָרֶץ [15]) Nah. 3, 13.) custodientes, h. e. vada et angustias praesidiis obsidentes, vel exiguo copiarum numero hostem a terra potuissent arcere. Quanta igitur inertia, quanta civium imbecillitas, ut omnia *munimenta* (מִבְצָרִים) *ut ficorum fici praematurae* Nah. 3, 12. (cf. Jes. 28, 4.) facili negotio in hostium manus inciderent! — Denique considerandi sunt campi aperti, montes inter et fluvios late patentes, ad proelia magnarum copiarum conserenda aptissimi. Sed iterum hoc loco de camporum illorum natura mihi paullo diligentius disputandum esse video, quum Mannertum (l. c. Tom. V. p. 442.) manca sua regionis scientia omnia confundentem veterumque testimonia disturbantem deprehenderim. Rectissime Strabo 16.

14) Vid. Abulf. geogr. p. 55. Kaswini in 'Adfhâïb el-machlukat libro (msc.) ait: نهر الزاب نهر مشهور بين الموصل واربل يبتدى من اذربيجان ويصب في دجلة بقرب الحديثة يسمى بالزاب المجنون لشدة جريه ولقد شربت من مائه عند الظهيرة في القيظ بين الموصل واربل وكان باردا جدا لشدة جريه i. e. *Sâbatus est fluvius celeber Mosulam inter et Irbil* (Arbela). *Oritur in Edherbeidshâna et illabitur in Tigridem prope Hadilham* (Abulf. p. 286.). *Appellatur Sâbatus furibundus propter cursus velocitatem. Ipse bibi aquam eius tempore meridiano aestate inter Mosulam et Arbela, et admodum frigida fuit* (Ainsw. Tr. II. p. 327.) *propter cursus velocitatem.* Quod Xenophon una cum suis Anab. 3, 3, 6. sine difficultate fluvium transmisisse videtur, hoc ex anni tempore, quo transmissus est, diiudicari debet. Cf. Ritter. Erdk. IX. p. 519. Rhazaten, persicum ducem, vadum aegre repperisse Theoph. l. c. narrat.

15) Cf. ثغور الاسلام i. e. *portae Islami,* quo vocabulo العواصم i. e. *propugnacula* significant (vid. Freytag. *Selecta hist. Haleb.* p. 46.). *Aperiuntur* (فتح i. q. הִבְקִיעַ Jes. 7, 6.) portae, ubi expugnatur terra.

3 *

p. 246. (cf. p. 280.) commemorat τὰ τῆς Ἀτουρίας πεδία circa Ninum, ut Xenophon Anab. 3, 4, 18. regionem, quam Graeci peragraverunt, πεδίον appellat, faucibus demum Sachuenis (cf. Σακόποδες Strab. 16. p. 281. Ritter. Erdk. IX. p. 705.) 3, 4, 24. finitum. Narrante Diodoro Sic. 17, 53. Darius περὶ τὴν Νῖνον ποιήσασθαι τὴν παράταξιν, εὐθετωτάτων ὄντων τῶν περὶ αὐτὴν πεδίων cet. properavit et ab Arriano 3, 7, 12. et a Curtio 4, 9. rem eandem tractantibus πεδίον sive *equitabilis et vasta planities, explicandis copiis opportuna,* ubi equitum turmae locatae erant, commemoratur, eadem planities, quam Heraclius, quoniam (πεδίον) ἐπιδέξιον πρὸς πόλεμον Theoph. p. 265. D. esset, ad signa conferenda elegit. Tum memoratu dignum hoc est, Diodorum secundo bibliothecae suae libro, quo Ctesia praeeunte Euphratem cum Tigride commiscet, ubique tamen loca circa Ninum circumiacentia recte ac vere descripsisse, quum cap. 7. urbem ἐν πεδίῳ sitam esse, tum cc. 25. 26. seditiosas turbas ἐν τῷ πεδίῳ in fugam coniectas et in montes, qui 70 stadia (circiter 6 mill. geogr.) a Nino absunt, repulsas esse narret. Neque vero dubitari potest, quin eosdem montes in animo habuerit, quos de iugo Maklub et 'Ain al-Ssafrâ in planitiem excurrere supra demonstravimus (cf. Theoph. Chron. p. 266. C.). Itaque tantum abest, ut narratio illa Ammiani Marcellini 18, 6. iis, quae de locorum situ ac natura nobis tradita sunt, ut Mannertus opinatur, repugnet, ut ea confirmetur potius ac comprobetur. Nam quum Ammianus Marcellinus l. c. exploratorem se ab homine regionis perito *ad praecelsas rupes exinde longe distantes, unde nisi oculorum deficeret acies ad quinquagesimum usque lapidem quodvis etiam minutissimum appareret* ductum esse et de hoc loco foederatos Sâbatum magnum transgredientes vidisse narret: dubium non est, speculatorem in australe montis Maklub cacumen, ubi postea monasterium Matthaei situm erat, ascendisse. Inde enim, teste Kaswinio, tota regio Ninivènsis prospicitur (vid. supra p. 24.) et omnino Richius Narr. II. p. 76. „*from the terrace*“, inquit, „*of the south tower, where we are lodged, we have a noble and extended view, comprising the whole of Alexander's operations from the passage of*

the Tigris, to the arrival at Arbela. — — — I can trace the Zab plainly." Haec igitur sunt camporum illorum late patentium aequora cf. Nah. 3, 2. (c. Curt. 4, 15.), ubi olim de Nini sorte decertabatur, ubi Alexander Asiae imperium armis obtinebat, Heraclius ultimas victorias reportabat, ubi Chalifarum aetate saepius dynastae certamina sua decernebant cf. Abulf. Ann. I. p. 408. 484. B. Hebr. p. 463. cl. c. hist. dyn. p. 440. Quae iam locorum opportunitate praebebantur munimenta, ea urbis moenium firmitate augebantur (vid. infr. p. 45 sq.), quibus omnibus, quo tutius undique existimandum erat regni caput, eo magis crevit secura illa tum regum tum procerum (אֲדִירִים Neh. 2, 6., *μεγιστᾶνες* Sept.) inertia, cuius verus et integer testis Nahum propheta c. 2, 6 sqq. est, vel Ctesias apud Diodorum Sic. 2, 23 sqq. traditione edoctus mentionem facit.

III. De Nini ruinis.

1. Nini urbis ruinas omnibus temporibus notas fuisse, extra omnem dubitationem positum est. Nam a medii aevi scriptoribus saepius commemoratas legimus, non solum a Judaicis illis seculi duodecimi peregrinatoribus, Benjaminum Tudelensem dico (I. p. 52. Ash.) et R. Petachjam Ratisbonensem (cf. Journ. asiat. 1831. p. 273.), verum etiam a scriptoribus Arabicis. Iam medio fere seculo X. p. Chr. Mes'udius testis est, superesse praeter muros urbis اصنام من حجارة مكتوبة على وجوهها i. e. *statuas lapideas inscriptionibus praeditas*, vid. St. Martin. in Journ. asiat. 1828. II. p. 171. Accedit Jakutus, qui in Mofhtarek libro verbis supra p. 22. excitatis addit haec: يرى اليوم اثار سوره وشى من معالمه i. e. *cernuntur hodieque murorum eius reliquiae et nonnihil ruinarum* (cf. Edrisium II. p. 148.), ex quibus olim Haitho Armenus, Abulfedae aequalis, in libro de Tartaris c. 11. (fol. 9. ed. Reinecc.) coniecit, Ninum quondam *unam ex maioribus civitatibus huius mundi* [1]) fuisse. Denique apud B. Hebr. chr. syr. p. 200. 464., hist. dyn. p. 404. 441., apud Abulfed. Ann. III. p. 140., apud Kaswinium, Bakuium aliosque harum ruinarum singulas partes suis nominibus appellatas

1) Hic Haitho certe de vetere Nino loquitur, narrans: „*ista civitas ad praesens est totaliter devastata*“, quamquam cap. 44. (fol. 38. v.) Ninives nomine pro Mofsula utitur. Capite tamen 12. (fol. 9. vers.) *magna civitas Mosel* diserte a Nino disiungitur. Quemadmodum autem contra recentioris aetatis scriptores nomine الموصل Niniven atque adeo totam Assyriam designare soleant, id ex Eutychii Ann. I. p. 230. 233 sq. 237. intelligi licet et ex ipsis Vet. Test. interpretationibus Arabicis in vulgus notum est, cf. Gesen. ad Jes. p. 95.

invenimus, de quibus infra disputabimus. Similia recentiores observarunt peregrinatores. Ambigue quidem et obscure RAUWOLFIUS Reisen (ed. an. 1583.) p. 244. loquitur et 160 annis post OTTERUM (vid. p. 21.) falsa prorsus edocere vidimus. At vero iam THEVENOT. Reisen (ed. 1693.) II. p. 75. „*auf der andern Seite*“, inquit, „*des Flusses faengt der Ort an, wo vormals die beruehmte Stadt Ninive gestanden.* .... *Man sieht davon nichts mehr als etliche Huegel, welche dem Vorgeben nach ihre Fundamente sind*“, et TAVERNIER. Reise (ed. 1681.) I. p. 74. non modo Nini situm recte definivit, sed etiam collem illum, cui Jonae sepulcrum cum vico *Nebbi Junes* s. *Nunia* impositum est, ipse ascendit. Deinde IVES. Reisen nach Indien und Persien (ed. DOHM.) II. p. 178 sqq. fusius de his ruinis disseruit, quas ante eum PREACHER. Travels p. 89. cum antiquorum scriptorum testimoniis comparasse dicitur. Cfr. DOHMIUS ad IVES. l. c. p. 179. Maxime vero NIEBUHRIUS Reisen II. p. 353. auctor fuit, ut peregrinatores serioris temporis, velut OLIVIER. IV. p. 283 sqq., KINNEIR. Journey through Asia Minor, Armenia and Koordistan p. 461 sq., BUCKINGHAM. Reisen in Mesop. p. 350 sqq., GRANT. The Nestorians p. 27 sqq. diligentius in ruinarum conditionem inquirerent. Nihilominus tamen ad hunc usque diem a duobus tantum viris, a RICHIO (Babylon and Persepolis p. 173 sqq. et Narrative II. p. 29—65.) et AINSWORTHIO (Travels II. p. 137 sqq.) vastae Nini reliquiae tanta cura tantaque diligentia sunt examinatae, ut inde utilitatem capiant litterae [2]).

Ascendentibus vero nobis ad antiquiora tempora scriptorum testimonia occurrunt tantopere secum pugnantia, ut non sit, quod miremur, acutissimos viros de certissima re dubitare aut tota via a vero aberrare. Omnia tamen bene se habent, si meminerimus, Ninives nomine a scriptoribus medii aevi tam ipsam urbem, quam regionem, in qua illa olim sita fuit, vocari (vid. p. 22 sqq.). Id manifesto deprehen-

2) Quae BOTTA nuper prope Chorsabâd effodienda curavit monumenta (vid. p. 15.), ea sine ulla dubitatione ab Assyriis repetenda sunt, ad ipsam tamen urbem Ninum non pertinent.

dimus etiam in antiquitatis et medii aevi confinio apud Theophanem Chronogr. p. 265. C. et Cedrenum (ed. Par.) I. p. 417. A., ubi Heraclius imperator *πλησίον Νινευὶ τῆς πόλεως* castra locasse et post primam de Persis victoriam *καταλαβὼν τὴν Νινευὶ καὶ περάσας τὸν μέγαν ποταμὸν Ζαβᾶν* (Theoph. l. c. p. 267. A.) Sâbati minoris (الزاب الأسفل) vada praesidiis occupasse dicitur. Inde enim duae potissimum res colligi possunt, nimirum 1) urbem ipsam, licet dirutam et funditus eversam, *Νινευὶ πόλεως* nomine satis notam fuisse, minime vero Theophanem his verbis Ninum Heraclii tempore salvam et incolumem testificari voluisse [3]); deinde 2) Heraclium, quum *καταλαβὼν τὴν Νινευί* Sâbatum superiorem (vid. p. 35.) transmisisset, Ninum regionem occupasse. Id insuper, si quid video, Theophanes ipsé, dum *τὴν Νινευί* (sc. *χώραν*) a *Νινευὶ τῇ πόλει* distinguit, satis aperte declarat. Quae si tenemus, obscuriora quaedam veterum dicta facile perspiciuntur. Ac primum quidem Ammianus Marcellinus 18, 7. 23, 6., ubi doctas, ut solet, orationi admiscet animadversiones, *Nini* quidem *ingentis Adiabenae civitatis*, Persidis regnorum olim dominae, mentionem facit, nullo modo tamen, quod interpretes verbis obtruserunt (cf. Forbiger Hdb. d. alt. Geogr. II. p. 611.), de urbe Juliani temporibus superstite dixisse existimandus est. Dirutam urbem potius novit eamque, ut Theophanes, Niniven vocat. Deinde a Cassio Dione 68. Traj. 26. Ninus urbs non commemoratur, sed *Ἀδιαβηνὴ* tantum *τῆς Ἀσσυρίας τῆς περὶ Νῖνον* (dirutam scilicet) *μέρος* cf. Strab. 16. p. 246, prorsus ut a scriptoribus rerum gestarum Alexandri, licet hic in ipso fere ruinarum loco ultimi proelii consilia animo conceperit, urbis mentio facta est nulla. Igitur Traiani et Alexandri temporibus Ninum urbem fuisse inhabitatam, omnino negandum est. Propterea refragor iis, qui Taciti Ann. 12, 13. verbis hisce: *sed capta in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes Assyriae, et Arbela* e. q. s. velint coarguere, Ninum urbem post eversionem a Medis factam ex ruinis resurrexisse novumque oppidum prisco nomine Claudii Caesaris tempore ad Tigridis ripam exstitisse.

3) Similem Elmakini locum vide supra p. 22 sq.

Vix enim dubito, quin Meherdates, Tigride transmisso Arbela tendens, Nino regione, ut postero tempore Heraclius apud Theophanem, *in transitu* potitus sit ipseque Tacitus ad urbem olim celeberrimam transtulerit, quae de regione dicta acceperat. Accedit etiam, quod Strabo 16. p. 245. verbis: ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις ἠφανίσθη παρὰ χρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων (i. e. Ἀσσυρίων) κατάλυσιν urbem antiquitus eversam esse testificatur, et Arrianus quoque in Indicis 42, 2. (ed. SCHMIEDER.) eam nonnisi πάλαι ποτὲ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα novit, cuius nonnulla, ut Nini sepulcrum a Semiramide exstructum, aetatem tulisse posterisque ingentis urbis locum significasse Diodorus Sic. 2, 7., Ctesia puto duce, memoriae prodidit. Iam si omnia complectimur una comprehensione, id nobis videtur diversis veterum testimoniis coargui, Ninum urbem a Medis eversam nullo tempore fuisse instauratam (cf. Nah. 3, 7. Zeph. 2, 13 sqq.), scriptores tamen melius edoctos dirutae urbis, suo nomine appellatae, cognitionem esse consecutos. Nihil igitur notissimis efficitur Luciani Char. 23. (Tom. III. p. 63. ed. Bip.) verbis: ἡ Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς· οὐδ᾽ ἂν εἴπῃς ὅπου ποτ᾽ ἦν, quibus suam tantummodo rei profitetur ignorationem. Id prorsus evincitur eo, quod luculentissimum de Nini ruinis superest testimonium apud Xenophontem, quamquam hic Ninum ipsam non nominat ac ne opinione quidem, quid viderit quidque descripserit, auguratus esse videtur. Quam hac de re iam ante complures annos RENNELLIO, KINNEIRIO et RICHIO potissimum tum auctoribus tum ducibus excogitavi sententiam, in eandem nunc video ductum esse AINSWORTHIUM Trav. II. p. 142 sqq., cuius solertia et acumine factum est, ut explanatius possim argumenta exponere.

Id sine ulla dubitatione certum est, decem millia Graecorum, quum Tigridis ripam legerent, Nini urbis praeteriisse ruinas. Eas vero quare Xenophon silentio transierit, illustrare quidem studuit RENNELLIUS Illustrations p. 146. his verbis: *the little leisure left to curiosity, at this time, might account for its site being passed over unobserved*, vereor tamen, ne vir ingeniosissimus auxerit magis difficultatem, quam expediverit. Nam praeterquam quod RENNELLII con-

iectura cum indole pugnat Xenophontis, quem illo tempore in hostium paene conspectu duas eiusmodi urbes dirutas visitasse et Anab. 3, 4, 7—12. descripsisse scimus, etiamnunc, postquam Mofsula urbs tota fere e Nini reliquiis exstructa est, tam vastae supersunt ruinae, ut vix credibile sit, eas potuisse quempiam Xenophontis aetate non observatas prorsus praetermittere. Ac vera hac in re et, si quid video, insuperabilis oritur difficultas eo, quod harum urbium dirutarum altera, *Λάρισσαν* dico, hodieque talis invenitur, qualem a Xenophonte (§. 7.) descriptam habemus, alteram vero eamque multo maiorem, *Μέσπιλαν* scilicet (§. 10.), quum nullae omnino Ninum inter et Nimrud vicum urbis inveniantur ruinae, prorsus ad ultimum usque lapidem evanuisse statuamus necesse est, dum Mofsulae urbi ex adverso in orientali Tigridis ripa Nini reperiuntur reliquiae late patentes, quas praetermisisse existimandus est Xenophon, si Rennellii sententiam amplectimur. Certe urbis dirutae facta est mentio, ubi omnibus caremus vestigiis et contra urbis habemus rudera, ubi caremus commemoratione. Id vero quo maioribus premitur difficultatibus, eo facilius ducimur in eam sententiam, ut Xenophontis Mespilam a Nino non esse diversam existimemus. Accedit etiam, ut sex parasangarum circuitus satis bene conveniat cum Nini ruinis; denique accedit, ut *κρηπὶς λίθου ξεστοῦ κογχυλιάτου*, quae Xenophonti prae ceteris memoratu digna visa est, e Nini ruinis lucem accipiat. Ainsworthius enim non solum Research. p. 257. *superimposed,* inquit, *upon the gypsum is a thin formation of croase friable limestone, abounding in shells... This is the most shelly limestone I have met with in the East, it is the common building-stone of Músul* (cf. Rich. Babyl. and Persep. p. 175.), sed etiam Travels II. p. 142. ex Nini aggeribus persaepe magnos lapides caesos, qui sint *of the limestones of the neighbourhood, and abound in fossil shells*, effodi testificatur. His fere, ut puto, rationibus Rennellius quoque commotus est, ut sententiae, quam modo proposuerat, opponeret coniecturam, Xenophontis Mespilam in Nini ruinis recognoscendam esse, nisi hae nimis longe abessent a Sâbato flumine, quam ut Graeci iam tertio

post transitum die eo pervenire potuissent. Mavult igitur Xenophontem erroris arguere, ita ut de quarto die, quae de tertio dicta sunt, valere arbitretur. At vero haec coniectura nititur Rennellii l. c. p. 152. opinione, Sâbatum a Nino 42 mill. geograph. intervallo remotum esse. Id tamen falso sic statui testis est Richius Narrat. II. p. 407 sqq., luculenter exponens, Sâbatum nonnisi 24 mill. geogr. (cf. supr. p. 26.) spatio a Mofsula vel Nino in Tigridem prorumpere, unde sequitur, Rennellii computationem 18 mill. geogr. numero iustum excedere modum. Quae si detrahimus, evanescunt simul, quae Rennellio erant offensioni, difficultates, nihilque impedit, quominus statuamus, Mespilam dirutam eandem atque Ninum esse posse. Sed exposuisse non sufficit, quid esse possit. Diligentius inquiramus necesse est in totius narrationis Xenophonteae rationem, ut exploremus, quid revera hac de re statuendum sit. Ac primum quidem Anab. 3, 3, 6. narratur, Graecos Sâbatum transiisse. Iam quum Tigridis hic nulla fiat mentio, arbitror, Graecos paullo remotius a fluminis ostio in orientem aestivum versus, fortasse per vada iuxta Ssittîh (vid. Rich. Narr. II. p. 21.), Sâbatum transmisisse. Eodem die 25 stadia profecti sunt (3, 3, 11.). Deinde proximo die transmisso torrente quodam (3, 4, 1.) fugatisque post 8 stadiorum viam hostibus (3, 4, 3.) sine impedimento iter continuaverunt. Hic iterum ad Tigridis ripam venerunt (3, 4, 6.), haud procul a Larissa urbe diruta (3, 4, 7.). Quod Rennellius secundum iter quattuor parasangis aestumat, id hoc loco potest omitti, quum dubitari nequeat, quin Larissa cum Richio habenda sit pro اثور الخراب (vid. p. 17.) sive ruinis prope Nimrud [4]) vicum,

4) Iam Niebuhrius II. p. 368. has, quas ipse non vidit, ruinas aliis commendavit peregrinatoribus. Richius demum eas visitavit breviterque l. c. II. p. 129 sqq. descripsit. Horae dodrantis tempore a Tigridis ripa Nimrudum pervenit. Ruinarum omnium maxime memorabilis pars collis est, qui pyramidis forma in 144,5 pedum altitudinem assurgens valdeque praeruptus conglomeratis regionis lapidibus impositus est (cf. Ainsw. Research. p. 257.). Circuitum definivit Richius 777 pedum. Haec sine dubio Xenophontis πυραμὶς λιθίνη

sex septemve horarum (vel 17—18 mill. geogr.) spatio a Mosfsula in meridiem versus distantem. Quodsi vero quaerimus de loco, ubi Graeci primum ad Tigridem pervenerint signaque sustinuerint, omnino non dubitamus, quin id factum sit eo loco, ubi Tigris longo tractu in orientem versus decurrens apud Selamiam [5]) vicum, unius fere horae spatio a Nimrud vico remotum, ad occasum retro flectit cursum. Commendatur haec coniectura eo, quod regio, quae a Sâbato hucusque aperta est et plana, collium a Selamia in Euronotum vergentium serie (vid. Rich. l. c. p. 350.) hic aptissimum praebet praesidii locum, quare seriore etiam tempore prope ܣܠܡܝܐ ܩܪܝܬܐ ܕܒܩܘܪܒܐ ܕܣܒܛ ܐܫܪܘ i. e. *Selamiam vicum in Sâbati vicinia* castra locasse invenimus exercitus apud B. Hebr. p. 468., hist. dyn. p. 441. Deinde Graeci magno sex parasangarum itinere confecto tertiis castris *πρὸς τεῖχος ἔρημον μέγα πρὸς τῇ πόλει κείμενον· ὄνομα δὲ ἦν τῇ πόλει Μέσπιλα* (3, 4, 10.) pervenerunt. Iam si sex parasangarum spatium, quod Xenophon omnino ex magno itinere aestumasse tantummodo, minime vero decempeda commensus esse censendus est, par ponimus 16 mill. geograph. spatio, tam accurate ad ruinas prope *Jaremdshi* vicum (*τὸ τεῖχος ἔρημον*) iuxta *Ninum* (*πρὸς τῇ πόλει κείμενον*) situm ducimur, ut statuere

---

παρὰ τὴν πόλιν est. Condita est pyramis in angulo, in quem area, quae formâ oblongâ est, occidentem inter et septentriones desinit. Quod attinet ad aream ipsam, brevius latus, quod ab oriente ad occasum vergit, excepta pyramide 514 efficit pedes, longius, quod a septentrionibus ad meridiem vergit, circiter duplo maius aestimatum est. Omnis vero area minore septa est aggere, totaque lapidum coctorum fragmentis consita. Xenophon adhuc muros ex lapidibus coctis exstructos et basi lapideae impositos invenit. Septentriones versus spatium 200 cubitorum anglicorum (s. *yards*) implent ruinae indeque in orientem versus late patent, ita ut duorum parasangarum urbis circuitus satis bene cum ruinis congruere videatur. Certiora de his antiquae urbis reliquiis nondum explorata habemus. Omnis vero aedificandi ratio in memoriam revocat **Σεμιράμιδος ἔργα** Diod. Sic. 2, 14., quae serius vocabantur, ita ut de Assyria urbis origine vix dubium esse possit.

5) Rich. l. c. p. 351. „*Selami, N. 11 W., 1 hour*“ a Larissae pyramide scilicet.

cogamur, Mespilam eandem ac Ninum fuisse. De *Μέσπιλα* nomine, quod aperte a graeco scriptore ad graeci vocabuli similitudinem efformatum est, nihil definio [6]), id tamen nolo prorsus silentio praetermittere, ex iis, quae §. 11. et 12. de Mespilae fatis tradita refert Xenophon, obscure quidem et confuse Nini excidium, ut a Ctesia apud Diodorum narratur, pellucere.

Iam si revertimur ad illud, unde egressi sumus, ex omnibus, quae hucusque disputavimus, id apertum esse putamus, Ninum urbem a Medis excisam nullo tempore instauratam fuisse, omnibus vero temporibus ingentis urbis notas fuisse ruinas.

2. Iam accedamus ad describendas ruinas. Ut tamen habeamus, quibuscum urbis reliquias comparemus, paucis exponere liceat, quae a scriptoribus antiquis de Nino urbe tradita sint. Prae ceteris Ctesias apud Diodorum Siculum 2, 3. in describenda urbe versatus est. Narrat eam forma oblonga fuisse, latus utrinque longius 150 stadia, duo minora 90 obtinuisse, ambitum igitur 480 stadiis constitisse neminemque postmodum urbem tam ambitus spatio quam moenium magnificentia cum N i n o m a g n a (*Νῖνος μεγάλη* ib. 2, 23.) comparabilem condidisse. Consentientes invenimus Strabonem 16. p. 247. et Eustathium ad Dionys. Perieg. v. 988. (p. 293. ed. Bernh.), qui Ninum Babylone multo maiorem [7]) fuisse narrant. Deinde Ctesias perhibet, Ninum moenibus ad 100 pedum altitudinem exsurgentibus tamque latis, ut tres currus in iis iuncti agitarentur, cinctam ac 1500 tur-

---

6) Tota via a vero aberrant, qui nominis originem a graeco sermone ducere, vel adeo scripturae (*Μέσπιλα, Μέσπειλα*) integritatem in *Μέσπυλα* depravare velint. Fortasse pellucet שׁפל radix semitica, ita ut voluisse quenquam nominis ignarum eo vocabulo *locum dirutarum ruinarum* de nomine interrogantibus designare arbitremur. Sed rem in ambiguo relinquere malo.

7) Herodotus (1, 178.) quidem Babylonis ambitum item 480 stadiis constitisse affirmat, Strabo vero (16. p. 249.), Alexandri comites secutus (cf. Diod. Sic. 2, 7.), tantummodo 365 stadia numerat. Vid. Groskurd. Strabo III. p. 209. Hinc ea, quae de utriusque urbis amplitudine memoriae tradita sunt.

ribus, ducentos pedes altis, defensam fuisse. Ad solis occasum Tigridem amnem munimentum fuisse scimus tam firmum, ut Assyrii urbem a nemine expugnari posse non sine superstitione quadam arbitrarentur, Diod. Sic. 2, 27. Denique narrat Ctesias, in interioribus urbis partibus τὰ βασίλεια sive *arcem regiam* (ibid. 2, 7. 27.) fuisse, ibi Semiramidem in Nini regis sepulcro χῶμα παμμέγεθες, novem stadia altum et decem stadia longum, exstruxisse idque etiam post eversam urbem arcis instar munitae posteris Nini civitatis situm indicasse. Haec fere sunt, quae de urbe ipsa tradiderunt scriptores, pauca quidem, ita tamen comparata, ut ruinis aut afferant aut inde accipiant lucem.

Qualem veteres descripserunt urbis formam oblongam, talem etiamnunc ruinas prae se ferre speciem videmus, modo discesserimus a laterum sibi respondentium, quam illi memorant, aequalitate. Latus occidentale, Tigridem prospiciens, per duo latera altrinsecus minora, quorum alterum, septentrionale scilicet, longitudine superat alterum, sub angulo recto fere excurrentia coniungitur cum latere orientali. Sic area oritur inter quattuor murorum aggeres longe lateque patens, testis, lapidibus aliisque aedificiorum fragmentis quasi obsita (Buckingh. p. 351., Ainsw. Trav. II. p. 141.). Minime vero haec area prorsus plana est. Clementer enim solum ab orientali murorum latere caurum versus assurgit (Rich. l. c. p. 39.) ita, ut aggerum pars elatior his altioribus fundamentis sit imposita (ibid. p. 56 sq.); quin etiam extra urbem assurgere pergit et hic proclive, illic leviter devexum versus Tigridem delabens, editius in boream versus altiorem terrae gradum ascendit. Mediam hanc regionis partem secat Khosar rivus (vid. p. 28.), qui haud procul ab hodierno Hafhemia (هاشمية) vico in ipsam urbem influens per transversam manat aream [8]) et iuxta Kojundfhuk collem per occidentalem mu-

8) Nunc in interiore urbis parte molam agitat, vid. Ainsw. Trav. II. p. 143. Eiusdem iam medio aevo Kaswinius in athâr el-bil. libro msc. s. v. Ninive mentionem fecit: كان بها طوحانة i. e. *est in ea mola*, de qua multas narrare solebant fabulas.

rum in Tigridem prorumpit. Cf. Rich. l. c. p. 56. 64., Ainsw. Trav. II. p. 142 sq.

His iam ita expositis consideremus occidentale urbis latus. Circumscripta est haec Nini pars longa et saepe perfracta unius aggeris serie, quae, inde ab angulo septentrionali usque ad Nebbi Junes vicum recta fere linea procurrens [9]), sinistrorsum paullo inflectitur et haud procul ab angulo meridionali ad dextram manum iterum declinatur. Cf. Rich. l. c. p. 40. In 3500 cubitorum anglicorum *(yards)* sive 10500 pedum longitudinem extenditur teste Ainsworthio Trav. II. p. 138. Omnino vero, ut Richius l. c. p. 35. diserte monet, hic nonnisi unius muri cernuntur vestigia. Tigris autem amnis, cui obversum est hoc urbis latus, a septentrionali ruinarum angulo in occidentem versus paullo recedit longoque flexu ad meridionalem demum urbis angulum revertitur. Qui amnem inter et urbem est semicirculus ager, eum medio aevo Saladinum perfodere voluisse iam supra p. 22. commemoravimus. Nunc eo utuntur ad lanicium silvarum, melones aliaque colenda (Rich. l. c. p. 38.). Amnis igitur per tot secula cursum suum non admodum mutasse existimandus est. In hac urbis parte, quae Tigridem prospicit, omnium maximae inveniuntur reliquiae, ex quarum numero prae ceteris nominandus est

1) collis ille manu exstructus, qui angulo septentrionali propior nunc una cum vico, ipsi imposito, Turcico nomine *Kojundſhuk* (h. e. *agnellus*) appellatur [10]). Murorum parti, de qua nunc est quaestio, ita insertus invenitur, ut occidentale eius latus recta linea una cum muro procurrat vel muri ipsius partem efficiat. Nunc irregulari forma in 43 pedum, ratione perpendiculi, altitudinem assurgit, 1850 pedes ab oriente in occidentem versus, 1147 pedes a septentrione in meridiem versus patens (Rich. Babyl. and Persepol. p. 174.).

---

9) In describenda hac urbis parte Richius l. c. et Ainsworthius Trav. II. p. 138. inter se dissident ita, ut dissensus nonnisi nova in ipsis ruinis instituta disquisitione queat conciliari.

10) Positionem accuratius definivit Buckingham. Reisen d. Mesop. p. 351.

Ambitus totus 7691' pedibus constat (Rich. Narrat. II. p. 37. cl. c. Ainsw. Trav. II. p. 141.). Superat igitur *Kojundfhuk* collis ambitus spatio amplissimas Babylonis ruinas, quae nominibus *el-Kasr* (= 6300'), *Mukallibe* (= 2211'), *Birs Nimrud* (= 2286') notae sunt, indeque iure colligere possumus, haud parvi momenti olim fuisse hunc locum. Firmatur haec coniectura iis, quae ibi effossa sunt. Ingentes enim lapides mortario circumfusi, lapides caesi lateresque bitumine iuncti, qui ubivis in interiore collis parte inveniuntur, strati saxei reliquiae et id genus alia testes sunt, hic olim maiora fuisse aedificia. Porro Richius l. c. p. 37 sq. ibi repperit cylindri fragmentum figlini pulcherrimis impletum litteris cuneatis indeque accepit ampliores inscriptiones et sigillum achatae incisum, in quo sacerdotis solem colentis imago delineata erat (ib. p. 55.), nec dubito, quin hoc loco illud similis cylindri fragmentum repertum sit, quod Richius Babyl. and Persep. p. 190. (cf. Tab. 10. Nr. 11.) descripsit [11]). Accedit, quod multos abhinc annos in ipso colle sepulcrum repertum est inscriptione ornatum, Turcica tamen barbarie cum omnibus, quae inerant, mox deletum. Veris autem testibus edoctus Richius Narrat. II. p. 126. auctor est, ibi argenteas aureasque fuisse mulierum compedes [12]), simile infantis ornamentum, armillam integram globulis aureis consertam, achatae sculpti fragmenta, alia, quibus arguitur, haud vulgaria istic fuisse aedificia, immo potius regiam sedem cum regiis sepulcris. Quae si reputamus nobiscum omnia, facile adducimur eo, ut cum Richio Babyl. and Persep. p. 173.

11) Praeter sacerdotem et symbola Sabaea videmus in eo etiam Assyrium principem equo concitato cum cane suo velocem feram sectantem, ut Nini venatoris imaginem in palatiorum Babylonicorum parietibus descriptam fuisse Diod. Sic. 2, 8. narrat et Nimrod גִּבֹּר צַיִד לִפְנֵי יְהוָה Gen. 10, 9. vocatur. Vid. me ad Gen. p. 231. et Baehrium ad Ctes. p. 179. Ceterum praeteriens moneo, equum cirris aliisque esse ornatum, prorsus ut equi in Chorsabadicis monumentis.

12) Illustrat Richius genera earum Arabicis nominibus خلخال et حجل. Observare vero possumus, muliebrem mundum Assyrium ab Hebraeo (Jes. c. 3.) non admodum diversum fuisse.

et Buckinghamio l. c. p. 351. arbitremur, hunc collem eum esse, quem posteriore tempore Nini regis tumulum fuisse (Diod. Sic. 2, 7.) existimabant, vel ut verbo dicam, quod sentio, hoc loco exstructam olim fuisse regiam arcem (*τὰ βασίλεια*, הֵיכָל), quae regia simul complectebatur sepulcra, ut Babylonicum castellum el-Kafsr eiusmodi sepulcra comprehendisse inter omnes satis constat. Certe in nullam praeterea ruinarum partem Ctesiae (Diod. Sic. 2, 7.) verba quadrant *ἀπὸ πολλῶν σταδίων ἐφαίνετο τὸ χῶμα, καθαπερεί τις ἀκρόπολις*, sicut omnes fere, qui ruinas viderunt, hunc collem arcis prae se ferre indolem testantur. Iam Ivesius l. c. II. p. 179. *Ein Berg*, inquit, *der ohngefaehr* 2—300 *Quadratruthen hat und von Jonas Grabe* (vide p. 50.) *nordoestlich einige Ruthen entfernt ist, war, wie man noch sehr gut sehen kann, ehemals befestigt.* Quid, quod etiamnunc vocatur تل نينوى sive قلعة نينوى h. e. *castellum Ninives* (cf. Nieb. II. p. 353., Rich. Narrat. II. p. 55., Buckingh. l. c. p. 351.) et iam medio aevo eodem nomine appellabatur? Est enim ܬܠ ܕܩܣܛܪܐ ܕܢܝܢܘܐ i. e. *collis castelli Nini* sive حصن نينوى h. e. *castellum Nini*, in quo apud B. Hebraeum chron. p. 464., hist. dyn. p. 404. 441. Mutaffer ed-din et Bedr ed-din castra locarunt, hic *Kojundfhuk* collis minimeque hoc nomine efficitur, medio aevo novum hoc loco exstructum fuisse castellum, nedum antiquae urbis partem ad haec usque tempora aetatem tulisse, licet id Rosenmuellero Hdb. d. bibl. Alterth. I, 2. p. 117., Gesenio Thesaur. p. 882. aliisque probabile visum sit. Nec prorsus silentio praetereundum est, *Khosar* rivum (p. 46.) adhibitum videri ad firmandam castelli communitionem, quam, qualis fuerit, iudicare possumus ex amplis, quae etiamnunc supersunt, plurium tabulatorum substructionibus (Rich. l. c. p. 56.), tam in Kojundfhuk vici vicinia, quam in collis angulo meridionali, ubi rivum per ipsum aggerem urbis occidentalem in Tigridem prorumpere scimus (id. p. 60. cl. c. p. 36., Babyl. and Persep. p. 175.). Cui igitur destinatus fuerit usui collis, nemini puto dubium erit.

Ceterum eo loco, ubi Khosar rivus aggerem perfringit, iam antiquitus portam fuisse, coniecit Richius Narrat. II.

p. 49., ac per se apertum est, Ninum urbem Tigridem versus porta carere non potuisse, ut Mofsulam scimus omnibus temporibus باب الجسر i. e. *pontis portam* habuisse, Abulf. Ann. IV. p. 52., Nieb. II. p. 359. Vide infra p. 66 sq.

Sed pergamus ruinas describere. Murus, postquam a Khosar rivo fractus est, in meridiem versus interruptus quidem et nullo loco decem quindecimve pedum altitudinem superans (Rich. l. c. p. 37.) procurrit ad

2) *Nebbi Junes* (نبى يونس h. e. *Jonas propheta*) collem nobilissimum, quem via, qua Mofsula Karmelisum ire solent (cf. p. 23. c. Ives. II. p. 174., Rich. l. c. p. 44.), dirimit a relicua muri serie. Quae interest inter Kojundfhuk et Nebbi Junes collem muri pars, eam Buckinghamius l. c. p. 350. peculiari *Tal Hermufh* nomine vocat. Iam vero in ipso Nebbi Junes colle circa aedem Moslemicam Jonae prophetae sacram et satis antiquam recentiore aetate vicus exstitit, qui ex priscorum temporum memoria superbum *Nunia* nomen sibi sumpsit. Maximam partem situs est in orientali ipsius aggeris latere indeque collis 10 vel 12 pedes altus et 355 pedes latus oblonga forma in 431,5 pedum longitudinem versus interiorem urbis aream recedit (Rich. l. c. p. 44. 48.). Satis mature collis sacratus est Jonae prophetae, quem Moslemici volunt hoc loco sepultum esse, Christiani contra concionatum (Rich. l. c. p. 32.), idemque iam antiquiores voluerunt. Est enim hic collis, quem medii aevi scriptores تل التَّوْبَة i. e. *collis poenitentiae* nomine vocant, de quo Kaswinius in Athâr el-bilad libro (msc.) s. v. Mofsula haec habet: فى الجانب الشرقى منها تل التوبة وهو التل الذى اجتمع عليه قوم يونس لما عاينوا العذاب وتابوا وامنوا فكشف الله تعالى عنهم العذاب وعلى التل مشهد مقصود يقصده الناس كل ليلة جمعة وينذر له النذور i. e. *in orientem versus ab ea* (sc. Mofsula) *est collis poenitentiae. Est ille collis, in quo a Jona admoniti* (Sur. 10, 98.), *quum poenam cernerent, se congregarunt, poenitentiam egerunt, crediderunt et Deus O. M. iis poenam remisit. Impositum est colli martyrium, quo tendunt homines quovis die Veneris et cui vota nuncupantur* (cf. Bakui in Not. et Extr. II. p. 498.). Recurrit nomen apud Abulfe-

dam Ann. III. p. 140., ubi Karwafh Okeilita, Mofsulae quondam dominus, in قلعة الجراحية i. e. *Dſharâhia castello* (cf. Nieb. II. p. 370.) mortuus, sepultus esse narratur بتل توبة من مدينة نينوى شرقى الموصل i. e. *in colle poenitentiae, qui ad Ninum urbem pertinet, in orientem versus a Mofsula,* ac similem in modum B. Hebr. p. 200. perhibet, Nafser eddaulam, qui in الكواشى i. e. *el-Cauaſhi* arce (B. Hebr. p. 199. 464., h. dyn. p. 441., Abulf. Ann. II. p. 502.) supremum obiit diem, in ܬܠܐ ܕܬܝܒܘܬܐ ܕܠܘܩܒܠ ܡܘܨܠ [13]) i. e. *colle poenitentiae, ex adverso Mofsulae* sito, sepulturae datum esse. Proceres igitur hoc loco condere solebant et etiamnunc hic sepulcrorum locus est (Rich. l. c. p. 44.). Iam antiquitus hunc collem haud parvi fuisse momenti omnia, quae aetatem tulerunt, testificantur. Nusquam certe uberior invenitur rerum antiquarum copia (ibid. p. 38.). Concameratae cellae subterraneae Assyria videntur indicare sepulcra (ibid. p. 33.); muri dissecant collem amplissimis inscriptionibus Assyriis tecti; lateres et gypsi fragmenta cuneatis litteris ornata ubique effodiuntur (ibid. p. 30 sq. 38. 43 sq.), quae omnia una cum fabrefactis rebus pretiosis (ibid. p. 38.) testimonio sunt, Assyrium splendorem hoc loco domicilium suum locasse. Templum (Jes. 37, 38.) vel palatium vel aliud eiusmodi aedificium olim tulisse collem, facile nobis persuademus. Certiora definire non audeo.

Murus, ubi in meridiem vergens, ut supra exposuimus, sinistrorsum flectitur, denuo altior conspicitur et dum in 320 pedum (Rich. l. c. p. 60.) longitudinem procurrens, circum angulum hoc loco meridionalem fertur ad alterum usque meridionalis lateris angulum, qui in orientem spectat, altus est et iusta forma (ibid. p. 40.). Meridionale latus, quod Richio l. c. p. 60. teste 2620 pedes efficit [14]), ter perfractum est,

---

13) Sic sine ulla dubitatione legendum est pro ܬܠܐ ܕܬܝܒܡܬܐ. quod Brunsius errore, nescio cuius, exprimendum curavit. Quam in verborum consequentia reposui ܬܝܒܘܬܐ vocem, eam scimus *poenitentiam* significare cf. Matth. 3, 8.

14) Singula apud Richium ita se habent: „*from south-west*

ita tamen, ut media fissura portam olim fuisse verisimile sit (ibid. p. 40.). — Sed priusquam ad describendam accedamus orientalem murorum partem, revertamur ad *Kojundfhuk* collem, ùnde supra (p. 47.) egressi sumus. Ac primum quidem in boream versus muri pars 210 passus in longitudinem patens funditus deleta est (ibid. p. 38.); tum iterum assurgere coepit ad extremum usque angulum in *Karagioes* vici vicinia (ibid. p. 36.). Inde murus orientem versus, 6000 pedes longus (Ainsw. Trav. II. p. 138.) ac via, quae ad دير جرجيس i. e. *Georgii monasterium* (iam Kaswinio notum) ducit, perfossus (Rich. l. c. p. 57.), porrigitur. Hic quidem maiorum aedificiorum reliquiae non inveniuntur, non uno tamen loco murus altior est et latior, quam alibi cernitur. Facile inde consequitur, urbem, quo apertos prospiciebat agros, arte magis fuisse munitam, nec dubito, quin in eiusmodi tumulis turrium, quarum Nah. 2, 2. et Diod. Sic. 2, 3. mentionem fecerunt, deprehendendae sint reliquiae. Ad unum horum tumulorum, in latere septentrionali conspicuorum, paullo ante quam Richius et Buckinghamius (l. c. p. 354.) ruinas visebant, *an immense bas-relief, representing men and animals, covering a grey stone of the height of two men* proxime soli superficiem reperiebatur (Rich. l. c. p. 39.), in quo *the figure of a man or horseback with a long lance in his hand, followed by a great many others on foot* (id. Babyl. and Persep. p. 174. cf. c. Mes'udio, supr. p. 38.) cernebantur, monumentum certe ad conservandam rerum gestarum memoriam, mox vero Turcica barbarie contusum, ut lapidis fragmentis uterentur. Damnum quodammodo résarciunt monumenta, quae Chorsabadi effossa sunt, in quibus Assyrium

---

angle to first break in the south wall — 520 *feet; from first break to the second or principal break or entrance* — 1130 *f.; from the second break to the third* — 510 *f.; from the third break to the south-west* (corr. south-east) *angle* — 460 *f.; total, from the south-west to the south-east angle* — 2620 *f. or* 873 *yards*, 1 *foot. The direction N.* 84 *W.*" Contra Ainsworthio Trav. II. p. 138. teste meridionale latus 3110 pedes efficit. Posita est haec numerorum discrepantia in eo, quod orientalis aggeris initium non eodem modo ab utroque constitutum est.

regem, curru suo (cf. Jes. 37, 24., Nah. 2, 14.) vectum equitibusque succinctum, triumphum agere videmus. Vide Journ. asiatique, 1843. Nr. 8. Tab. XVII. cl. c. p. 206 sqq. — Deinde angulo, qui septentriones inter et orientem est, circumscripto murus, altus ac praeruptus, in meridiem vergens eo loco, quo Khosar rivus in interiorem urbem se effundit, colle finitur edito, minime vero praefracto *(it does not seem to have been broken*, Rich. l. c. p. 39.), in quo propugnaculi (Diod. Sic. 2, 3.) ad muniendam, quam hic olim fuisse locorum indoles flagitat, portam eo magis deprehendere licet vestigium, quo certius lapidei aggeres, qui etiamnunc in rivi utraque reperiuntur ripa (Rich. l. c. p. 39.), cum Ainsworthio Trav. II. p. 143. pro portarum ac munitionum habendi sunt reliquiis. Introitum igitur rivi arte munitum cernimus, ut exitum eius tuitum esse vidimus Nini castellum (vid. p. 49.).

His iam ita disputatis dicere restat de gravissima sane, sed etiam maxime obscura moenium parte ea, quae inter Khosar rivum et meridionale urbis latus porrigitur. Hic tres dignoscuntur aggeres, ubi natura minus munitum erat oppidum. Ac primum quidem ab eo loco, ubi Khosar rivus illabitur urbi, recta linea procurrit murus ad orientalem usque lateris meridionalis angulum. Sic area urbis oblonga prorsus circumscribitur moenibus. Iam vero ea moenium pars, de qua nunc est quaestio, a via Karmelisensi, quae a Nebbi Junes (vid. p. 50.) colle in orientem versus mediam secat aream, in duas dividitur partes fere aequales, in quarum altera, quae in septentriones vergit, duo assurgunt colles satis editi (*two high mounts*, Rich. l. c. p. 43.). Hic Richius *an immense stone, or rather slab, with bitumen adhering to the underside of it* modo effossum invenit. Extra hunc murum interioris urbis orientalem spatium est 2007 pedes latum, quo ita olim usi sunt, ut iugum satis amplum tam in orientem versus quam in occidentem utrinque profundis circumdatum inveniatur fossis, per superiorem insuper partem fossa[15]),

15) Hic fons calidus, Damlamadfhe nunc vocatus, prorumpit, Rich. l. c. p. 34. 41. 50., Ainsw. Research. p. 258 sq.

quae 145 pedes lata ex occidentali illa excurrit et in arcum curvata ad eandem haud procul infra viam Karmelisensem redit, ducta compareat. Igitur pro locorum situ ac positione aut duplex aut triplex cernitur fossa inter exteriorem urbis murum et interiorem. Ubi tres reperiuntur fossae, ibi RICHIUS l. c. p. 49. inter murum interiorem et arcus modo descripti marginem spatium invenit 1295 pedes latum. Mediam fere huius spatii partem fossa prior sive interiori muro proxima, circiter 150 pedes lata, rectâ lineâ a septentrionibus meridiem versus procurrens, secat. Haud procul ab angulo meridionalis lateris orientali finem capit, immensis saxorum conglomeratorum copiis, nunc Abdâl Kaiasi *(or the Abdal or Dervish Rock)* appellatis, septa. Cf. RICH. l. c. p. 49—51. Harum fossarum, quicunque fuerit finis, certe talis, ut hanc urbis partem firmius munirent. Id non solum eo commendatur, quod RICHIO l. c. p. 50. iudice etiamnunc portarum, quibus olim claudebatur fossa, supersunt vestigia, sed etiam confirmatur turrium, quae ubivis eundem finem spectant, in aggeris medii altera sive orientali parte, 395 pedes lata, exstructarum circularibus [16]) reliquiis (ibid. p. 54.). In orientem versus hic agger medius ad extremam delabitur fossam, quae, 172 pedes lata, planitiei circumiacentis librâ inferior est. Eo altior comparet omnium altissimus agger extremus, qui vasto lapidum conglomeratorum strato impositus ex adverso interioris urbis angulo orientali desinit (ibid. p. 51 sq.). Etiamnunc vocatur Eski Bari s. *munimentum antiquum* (ibid. p. 54.). Omnino vero hic agger non tam recta linea procurrit, ut fossam priorem supra commemoratam procurrere vidimus, multo potius in septentrionali parte paullulum in orientem versus deflectitur, ut Khosar rivi laevam ripam ad Hafhemiam usque vicum cingat (ibid. p. 54.). Multa sine dubio ac longe plurima a natura ipsa militari architecturae praescripta erant et quasi praeformata, consulto

---

16) *I noticed on its* (sc. Eski Bari) *western boundary, which separates it from the arc, or semicircular hollow way, a mount like an inverted bowl, with a circle, or rather vestiges of building in a circle, about half way up.* RICH. l. c.

tamen artem haec omnia in suum usum convertisse ad exstruenda munimenta exteriora, id eo potest intelligi, quod ex omnibus hisce tumulis ac tumulorum iugis ingentia saepenumero effodiuntur caementa bitumine [17]) plerumque iuncta (ibid. p. 54.). Fortasse ad exteriora illa munimenta pertinuit etiam collis, 30 pedes altus, qui 50 pedes ab Eski Bari iugo remotus Hafhemiae vico ex adverso situs est (ibid. p. 53.). Sed omnis haec ruinarum pars tum temporum iniuria, tum effossis per multa secula lapidibus, tum etiam eo, quod Karmelisensi et Bâ'afhikensi viis secatur, tam est deleta ac fere dissoluta, ut exercitatissimus harum rerum arbiter, quid naturae, quid arti ascriberet, saepe animo penderet. Ainsworthio (Trav. II. p. 138.) teste orientale urbis latus 7800 pedes patet in longitudinem.

Sic immensa urbs ac fere insuperabilis per multa secula, ut a V. Ti. prophetis praedictum erat Nah. 3, 7. Zeph. 2, 13—15., diruta iacet; imperii olim amplissimi munimenta, splendoris regiique apparatus domicilia hodierno die diffindit aratrum (Rich l. c. p. 38. 43. 53.) aut seduli accolae, qui vias per medias ruinas sequuntur, conculcant. Verno tempore nunc aggeres graminibus se vestiunt (Ainsw. Trav. II.

---

17) Iam saepe lapidum bitumine iunctorum mentionem fecimus. De firmitate mortarii bituminei loquitur Dio Cass. 68. Traj. 27.; de bituminis et naphthae fontibus Assyriis narrat Amm. Marc. 23, 6., eorumque in his terris frequentiam Curt. 5, 1. Diod. Sic. 2, 12. Iftachri p. 42. cl. c. Rich. l. c. p. 135 sq. 353 sq., Ainsw. Research. p. 259. Trav. II. p. 152. testificantur. Eiusdem rei testes sunt nomina nonnulla, ut دير القيارة i. e. *monasterium bituminis* (vid. Bakui in Not. et Extr. II. p. 438.), quod Syri ܕܝܪ ܩܝܪܐ vocant (cf. Assemann. B. O. II. p. 448.). Kaswinio in Athâr el-bilâd libro (msc.) teste monasterium, quod in occidentali Tigridis ripa inveniebatur, insigne erat fontibus calidis et bituminosis, quibus ad sananda exanthemata utebantur cf. Abulf. Ann. IV. p. 242., B. Hebr. p. 454. c. Nieb. II. p. 370. In errore versatur Reiskius ad Abulf. l. c. p. 678. Eodem spectat *Thilsaphata* apud Amm. Marc. 25, 8., ubi temere nonnulli *Thisasphalta* legere voluerunt. Nomen enim aramaeum i. q. ܬܠܣܦܬܐ significat *collem bituminis*, ut ܬܠܥܦܪ Mesopotamiae notissimum castellum a *colle terreno* nomen duxit.

p. 131. 143.) omniaque collium ab ipsa natura profectorum iugo tam similia sunt, ut Niebuhrius (II. p. 353.), quae munimenta transgressus esset, Mofsulae demum acceperit. Sed non possum ab hac quaestione recedere, priusquam

3. de nonnullis, quae ipsis ruinis lucem accipiant, paucis disputavero. — Prae ceteris

1) diligentius inquiramus necesse est in ea, quae de ambitus laterumque amplitudine vel etiam de singularum partium haud vulgari magnificentia ab antiquis scriptoribus tradita accepimus. Paucis liceat, quae supra fusius exposuimus, Ainsworthii (Trav. II. p. 138.) verbis complecti: *the ruined walls of the city . . . have a circuit of* 9470 *yards*, *being* 3500 *yards in extent on the western side*, 1370 *yards on the southern*, 2000 *yards on the northern*, *and* 2600 *yards on the eastern face.* Quae si comparamus cum V. Ti. enunciatis, hic quidem Ninum magnam urbem Jon. 1, 2., incolarum frequentia insignem c. 4, 11. Nah. 2, 9. 3, 16 sq., talem omnino, ut tribus diebus vix peragretur Jon. 3, 2. 3. cf. Winer. RWb. II. p. 187., appellatam invenimus, certiora tamen, quum prophetae de mensuris quicquam definire sibi non proposuerint, inde non possumus repetere. Primus igitur harum rerum testis est Ctesias apud Diodorum 2, 3., cuius iam supra p. 45. excitavimus computationem. Etsi nemo negabit, ingentem urbem, qualem Ctesias descripsit, Londinio cum omnibus eius suburbiis duplo maiorem (Ainsw. l. c. p. 139.), talem olim existere potuisse (cf. Rosenm. Mgl. IV. p. 396.), vereor tamen, ne Ctesiae auctoritas tanta non sit, ut sola dubitationem, quam urbis reliquiae movent multo minores, expellere valeat. Omnino vero duplicem vel triplicem habemus explicandae difficultatis viam. Nam Ninum urbem aut multo maiorem, quam ex ruinis colligi potest, olim fuisse, aut magnitudinis eius memoriam compluribus seculis post tantopere auctam et amplificatam fuisse, ut Ctesias falsam de re acciperet ideoque falsam traderet imaginem, statuere debemus. Fortasse etiam utrumque simul locum habere potest. Iam si aliarum urbium spectamus ruinas, omnibus videmus id commune esse, ut pars tantummodo firmissimorum aedificiorum de pristina potentia exstinctoque splendore posteris prae-

beat testimonium. Quantulae enim sunt, ut hoc exemplo utar, Babylonis ruinae? Paene nihil aetatem tulit, nisi monumentorum a Chaldaeis demum regibus in laeva Euphratis ripa aedificatorum pars, dum testis, ruderum acervis aliisque rebus per spatium late patens dispersis edocemur, urbem olim multo fuisse maiorem. Attamen vero quis est, qui definire audeat, ubi initium, ubi finem ceperit? Idem fere valet de Ctesiphonte, ubi nunc, si ab ايوان كسرى s. *Cosrois palatio* [18]) discesserimus, nonnisi castelli moenia et aggerum urbis exigua pars inveniuntur; ac multo pauciora ingentem olim Seleuciam civitatem hodierno die scimus delineare, cf. Rich. l. c. II. p. 404 sq., Babyl. and Persep. p. 160. Atqui quanto ante Babylonem, Ctesiphontem et Seleuciam eversas evanuit Ninus? Quae si tenemus, omnino non admodum improbabile videtur, etiam Nini urbis graviora tantummodo superesse, ambitus spatio pristina amplitudine longe inferiora. Atque idem fere censuit nuper doctissimus vir, cuius sexcenties in hac quaestione usi sumus testimonio, Richius Narrat. II. p. 44 sq. his verbis: *I am now confirmed in the opinion I formed in viewing the ruins many yars ago, that the inclosure formed only a part of a great city.* Contra vero Ainsworthius Trav. II. p. 139. *I am inclined*, inquit, *to consider the inclosure as having contained all that existed of the antique Nineveh; and I have been able to trace, after repeated examinations, no ruins beyond the boundary of the walls, which are not of a decidedly local character.* Sic haud opportune accidit, ut nobis de rebus experientissimorum virorum iudicio in controversiam adductis, quas in ipsis ruinis malimus rastro et bipalio percontari, quam in vitae nostrae pensare umbraculis, ferenda sit sententia. Quod quo aegrius in nos suscipimus, eo lubentius volumus nonnulla in medium protrahere futuris exploratoribus ad investigandam rem dubiam fortasse utilia. Ac primum quidem persuasum nobis habemus, aream illam, quam muri vel aggeres circumscribunt, late patentem, cum Richio (l. c.)

18) Cf. B. Hebr. h. dyn. p. 219., Ibn al Wardi p. 112., Abulf. Geogr. p. 303.

non esse *either the citadel or royal precincts, or perhaps both*, sed potius munitam propriamque urbem interiorem complecti, suburbiis fortasse olim circumdatam late diffusis. Haec suburbia nolumus quidem indigenarum, qui NIEBUHRIO II. p. 353. narrabant, Ninum *von Kadikend* (s. Kadi Kiöi) *bis Jeremdſſa, welche Doerfer hoeckstens zwei deutsche Meilen von einander entfernt sind und am Tiger liegen*, patuisse, sententiâ firmare, id tamen altera ex parte affirmare audemus, AINSWORTHII (l. c. p. 145.) animadversionibus, spatium satis amplum Ninum urbem inter et Jaremdſhì vicum omnibus aedificiorum reliquiis esse destitutum, non coargui, suburbia hoc loco non fuisse. Nam eodem prorsus modo aedificia, quae intra muros fuisse debent, disiecta sunt omnia et in pulverem soluta [19]), ita ut vix unquam singula dignoscantur. Nec solum homines veteris urbis dissiparunt monumenta, sed etiam elementa iis per multorum seculorum decursum vastitatem intulerunt. Agger enim, qui ad solis ortum urbem tuebatur tripartitus (vid. p. 53.), in meridiem versus, ut nunc est, contra munimentorum naturam ac finem clausus non comparet, multo potius desinit in torrentem, qui ex oriente excurrens secundum aggerem urbis meridionalem pluvias aquas in Tigridem fert (RICH. l. c. p. 54.). Hic pristinam munimentorum formam non servasse videntur reliquiae. Torrentem vero viam suam per medias substructiones sibi aperuisse, certum est eo, quod RICHIUS (l. c. p. 40 sq. cl. c. p. 55.) extra aggerem meridionalem haud procul a via Karakuſhensi decem pedes sub soli superficie in ipso torrentis alveo lapides caesos mortario et bitumine iunctos cum argillae rubrae stratis repperit. Etsi longe abest, ut AINSWORTHII curam ac subtilitatem suspectas reddere velimus, id tamen nobis non satis exploratum videtur, extra urbis aggeres aedificiorum vestigia omnino nulla inveniri. Quin immo, si qua urbis pars hoc loco custodienda et firmanda erat, perspicimus, quid sibi voluerit collis, qui extra meridionalem

---

19) RICH. l. c. p. 44.: *the vestiges or traces of building within the area are, with the exception of Nebbi Yunus and Koyunjuk, extremely slight.* AINSW. l. c. p. 143.: *all is buried in dry dust.*

aggerem prope Jaremdſhi vicum invenitur. Hunc collem eundem esse atque τεῖχος ἔρημον μέγα πρὸς τῇ πόλει κείμενον apud Xenophontem (Anab. 3, 4, 10.), iam supra p. 44. exposuimus. Manibus exstructus est, nunc dimidia fere parte obrutus, 42 pedes altus ratione perpendiculi, ac 1150 pedes in longitudinem patens, ibi conditus, ubi a fluminis alveo altius ascendere coepit solum. In interioribus collis partibus ingentium lapidum bitumine iunctorum laterumque coctorum cernuntur strata, atque tota aedificandi ratio urbis moenibus, quae Tigridem prospiciunt, et ipsi Kojundſhuk colli tam similis est (vid. Rich. l. c. p. 61 sqq., Ainsw. l. c. p. 144 sq.), ut dubitari nequeat, quin uni eidemque aetati ascribenda sint omnia haec monumenta. Iam si de fine illius collis quaerimus, apertum est, eum ex propugnaculorum et terrae quasi repagulorum, ut loquar cum Nahumo (3, 12. 13.) propheta, numero fuisse, in tanta ipsius urbis vicinia suo loco exstructum, si qua urbis pars extra meridionales interioris civitatis muros defendenda dabatur. Trans Jaremdſhi collem etiam Richio teste l. c. p. 62. nulla sunt ruinarum vestigia. Eodem fortasse olim spectabat collis *Sembil Tepessi* (i. e. *corbis mons*), qui manibus conica forma exstructus in orientem versus brumalem ab Eski Bari propugnaculi fine meridionali milliarii dimidiati spatio nunc extra urbis ruinas situs invenitur (Rich. l. c. p. 55.); sed a nemine hucusque diligentius examinatus est. Denique si consideramus Richii l. c. p. 53. iudicium de orientalis terrae extra muros partis natura hoc: *the nature of the country outside, which is not flat, and over which the plough has passed for ages, renders it almost impossible to ascertain to what extent eastwards vestiges of the former habitations of men might be found; but I am inclined to think that Nineveh extend still farther in this direction. This uneven country is about four miles in breadth, commencing from the eastern part of the inclosure on the Kermelis road, and extends north up to the first rising of the country to join the Koordish mountains on the road from the village of Reshide to Vana. It then comes to the river's edge; how far south it extends I am unacquainted with. What part of this space was covered by*

ancient Nineveh it is, as I said before, nearly impossible now to ascertain; eiusdemque verba l. c. p. 57. de locorum in boream versus sitorum iniquitate reputamus: *in such a country it is not easy to say precisely what are ruins and what are not; what is art converted by the lapse of ages into a semblance of nature, and what is merely nature broken by the hand of time into ruins, approaching in their appearance those of art;* iisque addimus, quae Buckinghamius l. c. p. 351., quum ruinas examinaret, sensit: *Man sieht Spuren von Hügeln und Ruinen in einer Ausdehnung von mehreren Meilen gegen Süden und noch bestimmter gegen Norden, obgleich weniger deutlich als diese* (i. e. Kojundſhuk), *welche den Mittelpunkt bilden. Der Raum dazwischen ist eine flache Ebene, die überall mit zerbrochenen Töpferscherben und andern gewöhnlichen Resten zerstörter Städte übersäet ist;* idem p. 353: *So viel ich von unserm hohen Standpunkte auf dem Gipfel des Tal-Ninoa* (cf. p. 49.) *aus bemerken konnte, waren hier, soweit das Auge gegen Norden reichen konnte, Trümmerhügel zu sehen, den in unserer Nähe befindlichen ähnlich, nur weniger hervortretend, und die Ebene östlich von uns oder zwischen dem Fluss und den Gebirgen war mit einer Mischung von grossen braunen Scherben, wie mit Schutthaufen, die man hier und da auf bebautem Lande zerstreut erblickte, übersäet. So frei unsere Aussicht nach allen Richtungen hin auch war, konnten wir keine bestimmte grosse Gränzlinie entdecken, nur grössere und kleinere Trümmerhaufen waren weit umher über die Ebene verbreitet, ein hinreichendes Zeugniss, dass der Platz, den die Stadt ursprünglich einnahm, von grosser Ausdehnung war;* porro eiusdem verba p. 357. de itinere ad Karakuſh vicum: *In den zwei ersten Stunden legten wir eine Strecke von beinahe zehn Meilen* (anglica scilicet) *zurück, wobei wir fortwährend zwischen Haufen und Hügeln hinritten, die allem Anschein nach aus den Trümmern früherer Gebäude entstanden waren. Die Gegend glich daher in dieser Hinsicht den unendlichen Ruinen und Schutthaufen, welche man an den Stellen sieht, wo andere zerstörte Städte, wie Alexandrien, Memphis, Sais und Tanis in Aegypten*

gestanden haben e. q. s.: haec omnia, inquam, si attento animo inter se comparamus, affirmare audeo, ampliorem antiquae urbis ambitum ruinis commendari magis quam refutari, licet Ainsworthio lubenter largiar, interiorem urbem tantam fuisse, ut pleraque, quae de Nino tradita sunt, inde satis explicentur.

Sed iam recurrit quaestio, fueritne urbis ambitus talis, qualem a Ctesia descriptum invenimus? Id satis certe negari potest, siquidem difficile non est ad coarguendum, errore quodam niti, quae Ctesias de mensuris tradidit. Immo si Ainsworthii de urbis ambitu proprio sententiam (cf. p. 57.) amplecti velimus, apte possit quispiam de minore mensurae modo cogitare. Memoratu dignissimum certe hoc est, arithmeticam rationem, quae Ctesia teste inter latus moenium maius (= 5) et minus (= 3) intercedit, satis accurate veris laterum mensuris ita respondere, ut, si nobis persuademus, mensurae unitatem, quam Ctesias stadio graeco interpretatus est, proprie decimae stadii parti parem fuisse, laterum longitudines, ut nunc sunt, inveniantur. Nam medium arithmeticum inter utrumque latus longius fere ipsa 15 stadia efficit, idemque inter duo latera minora 9 stadiis propemodum par est. Nihilominus tamen iis, qui ad talem coniecturam, qua omnia facile in contrarium detorquentur, velint confugere, refrager iccirco, quia certa desiderantur fundamenta, praesertim quum ex consensu, qui inter Ctesiae computationem et ruinarum conditionem hac via conciliari videtur, nihil sequitur nisi hoc, ingentis urbis memoriam, licet postmodum incredibiliter auctam, ex parte tamen recte a posteris esse conservatam. Ctesiae stadium pro integro stadio graeco habeamus necesse est neque cuiquam, ut opinor, dubium erit, quin Ctesias urbem, qualem stadiorum suorum numero descripserit, talem etiam tamque immensam animo informaverit. Quod quum ita sit, ad explicandam rem controversam consideremus necesse est, Ninum urbem multis annis ante, quam eruditae antiquitatis scriptores eius mentionem facere potuerunt, esse dirutam atque scriptorum, qui de Nini urbis amplitudine narrarunt, neminem ne ruinas quidem vidisse; Ctesiam igitur temporum et locorum intervallis ab urbe ipsa

disiunctum a barbaris demum ea accepisse, quae posteriores sequebantur tanquam vera et indubitata documenta. Quare quam infirmis nitantur rationibus, quae de immensa urbis amplitudine tradita accepimus, quis non facile perspicit? Contra nihil proclivius est et antiquitatis indoli magis consentaneum, quam ut arbitremur, urbis, nonnisi maxima virium contentione oppugnatae, memoriam per seculorum decursum auctam sensim et incredibilem in modum amplificatam esse. Placuisse enim posterioribus, ut orbis terrarum antiqui metropolin omnium longe maximam (cf. Diod. 2, 3.) animis informarent, testes etiam sunt Eustathii ad Dion. Perieg. I. p. 292 sq. (ed. Bernh.), magnitudinem pensantis e labore, tempore ac studio in aedificanda urbe consumptis, verba haec: ἧς (sc. *Νίνου*) τοῦ μεγέθους σημεῖον τὸ τῆς κτίσεως ἐργῶδες· λέγεται γὰρ Νῖνος οἰκοδομῆσαι αὐτὴν ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεύς, μυριάδων δεκατεσσάρων συνεχῶς αὐτὴν ἐργαζομένων ἐπὶ ἔτη ὀκτώ, quum sciamus, Babylonis moenia ex veterum sententia unius anni tempore esse exstructa Diod. Sic. 2, 8. Curt. 5, 1. Sed nihil opus est, multis verbis commendare rem sua natura apertam, praesertim quum certioribus quibusdam narrationis momentis edoceamur, quantopere, quae apud Ctesiam invenimus, fidem superarint. Simpliciter Diodorus 2, 7., Ctesiam secutus, narrat: τὸν δὲ Νῖνον ἡ Σεμίραμις ἔθαψεν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ κατεσκεύασεν ἐπ' αὐτῷ χῶμα παμμέγεθες, οὗ τὸ μὲν ὕψος ἐννέα ἦν σταδίων, τὸ δ' εὖρος, ὥς φησι Κτησίας, δέκα, ac ne reputasse quidem secum videtur, quem qualemve montem, manibus exstructum[20]) scilicet, descripserit. Sola vero 10 stadiorum longitudo 6076 pedes efficit. Superat igitur, si Ctesianae computationi fidem habemus, Nini sepulcrum longitudine sua dimidium interioris urbis latus occidentale, qua in re certe praetermittendum non est, nulla tam ingentis molis superesse vestigia, licet ea ἐν τοῖς βασιλείοις exstructa fuisse dicatur. Accedit 9 stadiorum s. 5468,5 pedum altitudo, qua non tumulus, sed mons describitur, altissimis vicini Dſhebel Maklub (p. 27.) cacuminibus quadruplo, editioribus Sachuenis montibus duplo,

---

20) Vid. Groskurd. ad Strab. III. p. 205.

immo *Bructero* nostro dimidio altior! Et quis est, qui sibi imponi patiatur, talem unquam manibus exstructum fuisse montem? talem, inquam, hoc loco, ubi nulla, ut modo diximus, vestigia Ctesianam computationem probant? Quid? Num quis vult nobis persuadere, hanc molem una cum urbe eversa perîsse? Is certe, si quis est, pugnat cum Ctesia ipso, diserte apud Diodorum l. c. tradente: *ἀπὸ πολλῶν σταδίων ἐφαίνετο τὸ χῶμα, καθαπερεί τις ἀκρόπολις, ὃ δὲ μέχρι τοῦ νῦν φασι διαμένειν*; pugnat insuper cum rei natura, quoniam etiamnunc superest, qui narrantium animis obversabatur, collis (vid. p. 49.), per se quidem satis ingens ac virium humanarum haud mediocre monumentum, cum Ctesiana tamen descriptione comparatus exiguitate sua testis locupletissimus, omnes illas magnitudinis significationes, quas a Ctesia parum considerate probatas videmus, tradentium oribus nimium auctas fuisse ad augendum operis a Semiramide profecti splendorem. Quem iam supra (p. 61.) reiecimus minorem mensurae modum, is nec hac in re locum habere potest. Nam vel decima stadii pars multo excedit iustum rei modum. Ex hisce vero rebus, nemini ut puto dubiis, relicuas pendere debemus Ctesiae de immensa urbis amplitudine narrationes, quas eo certius pro nimis auctis habere cogimur, quo magis urbs ipsa latere 90 stadia in latitudinem patente propius adducitur montibus, qui in orientem versus planitiem circumscribunt, contra locorum naturam et scriptorum veterum testimonia; quo magis etiam ingens ambitus spatium pugnat cum 6 parasangis, quos Xenophon (Anab. 3, 4, 11.), unicus ille scriptor, qui ruinas ipsas viderat, memoriae prodidit.

2) Mirifice Nini ruinis comprobantur Nahumi 3, 18. verba: חַזְּקִי מִבְצָרָיִךְ בֹּאִי בַטִּיט וְרִמְסִי בַחֹמֶר הַחֲזִיקִי מַלְבֵּן h. e. *muni arces tuas, ito in argillam et calca lutum, tracta fornacem laterariam*, quibus Ninivitae omnes munimentorum partes scissas atque collapsas ad sustinendum impetum iubentur reficere. Certissime igitur de muris aliisve munimentis latericiis loquitur propheta. Effugit quidem hucusque hoc prophetae ennunciatum e manibus eorum, qui ubivis apud V. Ti. scriptores mancam ac parum sufficientem odorantur scientiam: non admodum vero mirarer, si quis eo, quod veteres scripto-

res de latericiis Nini moenibus nihil tradiderunt, multo potius montes vicini lapidum ad aedificandum aptorum copiam praebent satis magnam, colligere vellet, prophetam aedificandi rationem Babyloniis vulgarem errore ad Assyrios transtulisse. Ne tamen iniuria hac in re propheta reprehendatur, in memoriam revoco, Mespilam non differre a Nino (vid. p. 41 sqq.), igitur πλίνθινον τεῖχος, quod Xenophon Anab. 3, 4, 11. Mespilae observabat, testimonium esse vetus ac grave ad firmanda prophetae verba. Accedit etiam, quod Richius (l. c. p. 36. 38. 41. 60. 62. cl. c. Buckingham. l. c. p. 355.) in omnibus fere ruinarum partibus integra repperit laterum strata, straminibus vero, quae Babylonii solebant interponere, prorsus carentia (ibid. p. 36. 41. 60.). Quemadmodum propheta in hac quaestione rerum notitiam satis accuratam probat, sic

3) locorum subtilem cognitionem verbis 2, 7.: שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת נִפְתָּחוּ i. e. *fluminum portae aperiuntur* ostendere nobis videtur, licet contra Hitzigius (klein. Proph. p. 213.) c. 2, 7. *thut keine genauere Ortskenntniss dar, als man sie von der berühmten Stadt wohl in ganz Vorderasien hatte,* iudicet. Non moramur interpretes, qui fluminum portas de civium multitudine cum Hieronymo nuncupatas, vel etiam cum Rosenmuellero hostiles copias per aperturas machinis bellicis in muro factas instar fluvii rapidissimi in urbem irruentes his verbis significatas esse censent [21]. Ad efferendam hanc sententiam alia opus fuisset loquendi formula. Multo accommodatius alii הַנְּהָרוֹת i. e. *flumina* de Tigridis

21) Vid. Hitzig. ad h. l. et Hoelemann. Nahumi oraculum (Lips. 1842.) p. 46. Veteres interpretes adiumento nobis non sunt, certe tamen eandem scripturam ante oculos omnes habuerunt. Nam πύλαι τῶν πόλεων apud Sept. interpretes verba ex male soluto scripturae compendio prodiisse puto. Sine dubio πύλαι τῶν ποταμῶν scripserat interpres. Similiter quae nunc apud Syrum invenitur scriptura prorsus absona ܬܪ̈ܥܐ ܕܝܗܘܕܐ ܐܬܦܬܚܘ i. e. *portae Judae aperiuntur*, ea per calami aberrationem orta est ex ܬܪ̈ܥܐ ܕܢܗܪ̈ܘܬܐ ܐܬܦܬܚܘ i. e. *portae fluminum aperiuntur.*

canalibus dicta esse volunt cf. 3, 8. c. Jes. 33, 21., ut נַהֲרוֹת בָּבֶל i. e. *Babyloniae flumina* Euphratis canales Babyloniam findentes Hebraeis et Syris significare scimus (vid. p. 33.). In hanc sententiam iam antiquiores discesserunt interpretes, ita ut Cyrillus Alexandrinus in Nah. p. 511 sq. (ed. Paris. 1638.), licet huius tantummodo loci nixus testimonio, explicationis caussa adderet, spatia urbi circumiecta multis et longis fossis incisa deductisque eo fluminibus et fossis illis aqua repletis terram in paludes redactam fuisse, aperte contra locorum naturam. Ingeniose, ut solet, Hitzigius l. c. p. 222. eandem explicandi rationem correxit hanc in speciem: *Die Wasserthore sind Schleussen.* נהרות *sind die vom Tigris ausgehenden, vermuthlich concentrischen Canäle, durch welche nicht die ganze Stadt, wohl aber, wie unsere Stelle zeigt, der Palast unter Wasser gesetzt werden konnte. Gleichwie Semiramis ihre Burgen an den beiden Euphratufern erbaute* (*Diod.* 2, 7.), *so lag auch der Königspalast Ninive's wahrscheinlich am Tigris selber als Wasserstadt* (*vgl.* 2 *Sam.* 12, 27.), *eine Festung für sich bildend, auf welche der Feind sein hauptsächliches Augenmerk richtete.* Aperiuntur igitur cataractae, ut eo fortius hostem ab urbe arceant Ninivitae. Cfr. etiam Gesenius Thes. p. 1147. Quamquam habet haec explicandi ratio, quo facile in animum se insinuet, graviora tamen obstant, quominus calculum nostrum addamus. Ac (1) primum quidem urbis conditioni, quod ut concessum sumpsit vir doctissimus, consentaneum non est, regiam arcem (הַהֵיכָל, τὰ βασίλεια Sept.) ab urbis relicua parte disiunctam ad Tigridem aedificatam et canalibus, ex amne ductis, munitam fuisse. Scimus contra, eam Tigridem quidem prospexisse, ita tamen urbis muro insertam, ut occidentale eius latus ipsius muri partem efficeret (vid. p. 47.), sic fere ut in Chorsabadicis imaginibus urbem munitam invenimus delineatam (Journ. asiat. 1844. Tab. XXV.). Quilibet igitur e Tigride ductus canalis non regiam arcem, sed totam urbem internam cingere debuisset. Huc (2) accedit, quod solum inde a Tigride tam alte exsurgit, ut canales ex amne ductos omnino non patiatur. Altissimae enim Tigridis aquae non attingunt Nini aream

(vid. Rich. Narrat. II. p. 35.), quam insuper in orientem et in boream versus multo editiorem fieri supra p. 46. vidimus. Igitur ipsius soli naturâ coniecturae, ex quibus prophetae enunciati pendet interpretatio illa, dilabuntur, ut vix sit, quod addam, nulla nunc canalium, qui, si unquam exstitissent, profundissi sane ac partim per medios scopulos dissectos ducti fuisse debuissent, superesse vestigia. Denique (3) refragatur etiam verborum ac sententiarum consequentia. Nam aperte verbis, de quibus nunc est quaestio, propheta minime Nini cives describere vult urbem ab hostium impetu defensantes, sed impetus hostilis felicem successum. Aegre tantum Ninivitae v. 6. defendendae urbis periculum faciunt, dum per portas fluminum v. 7. vi expugnatas hostes in arcem irruunt omnesque v. 9. in fugam festinatam coniiciunt. Sine dubio, ni omnia nos fallunt, certum quendam locum, etiamnunc fortasse recognoscendum, in animo habuit propheta. Quem ut indagemus, respiciamus necesse est, prophetam non שַׁעֲרֵי הַנָּהָר, sed plurali numero שַׁעֲרֵי הַנְּהָרוֹת dixisse, igitur portas significasse non uni tantum flumini vicinas. Haec vero pluralis numeri notio re ipsa luculenter probata est, si nobiscum reputamus, non solum Tigridem urbis occidentale latus alluisse, sed etiam Khosar amnem mediam interiorem urbem ita interfluxisse, ut ad imas arcis regiae (הַהֵיכָל) radices ferretur ac per ipsum occidentalem murum in Tigridem prorumperet (vid. p. 46. 49.). Minorem autem fluvium הַנְּהָרוֹת vocem simul complecti, id nulla laborat difficultate, quum נָהָר non solum de magnis fluminibus usurpetur. Apud B. Hebr. p. 115. etiam ipsum Khosar amnem ܢܗܪܐ nuncupatum invenimus (cf. supr. p. 28.) et apud Kaswinium (vid. p. 24.) inter انهار نينوى i. e *Nini fluvios* commemoratum. Deinde comparata prophetae 3, 8. interrogatione: tune melior es Thebis (נֹא אָמוֹן), a Nilo undique cinctis [22])? facile

---

22) Hinc nomen Thebae, i. q. ⲧⲃⲁ *navicula* ut puto, intelligitur. — Denique ne quid praetermisisse dicar, hoc loco in margine moneo, in describendis Nini ruinis nuperrime etiam versatum esse C. Ritterum, Erdkunde Tom. XI. pag. 221 sqq., qui quae docte ac subtiliter disputavit, tunc demum animadverti, quum omnia mea dudum

nobis persuademus, הַזְּהָרוֹת vocem consulto esse adiectam ad significandas portas tam arte quam natura munitissimas. Iam si consideramus, ubi Khosar fluvius occidentalem aggerem perrumpit, ibi sub ipso castello inveniri portae vestigia (vid. p. 50.), et maiora etiam, ubi idem fluvius ex oriente in interiorem influit urbem, cerni munimenta ad defendendum aditum (vid. p. 53.): vix dubium esse potest, quin in his ruinarum partibus portarum fluminum munitarum agnoscamus reliquias. Omnino vero prae ceteris propheta de occidentali porta videtur cogitasse cf. Diod. Sic. 2, 17. ac propterea hostes per portas vi expugnatas impetum in arcem regiam (הַהֵיכָל) facientes depingit, id quod tam bene cum locorum natura convenit, ut eo confirmetur, quam supra p. 49. de Kojundſhuk colle proposuimus sententiam.

His iam ita disputatis si Nahumum prophetam deprehendimus in omnibus rebus optime versatum, campos circa urbem late patentes (vid. p. 37.), propugnacula (p. 35.) ac turres (p. 52.) describentem, aedificiorum materiam (p. 63.) et locorum urbis nonnullos (p. 64.) nominibus suis afferentem; deinde delicatos Nini civium mores c. 2, 6. 3, 13. reprehendentem, et rerum gestarum c. 1, 11. 3, 8. ac reipublicae status c. 3, 4. 16. haud ignarum, nihilominus tamen contra certum ac definitum, quo uti solet, loquendi genus, Ninum ipsam praetereundo tantum c. 2, 9. 3, 6. tangentem; quodsi, inquam, prophetam videmus, quae ipse oculis viderit, ea aequalibus et rerum gestarum quasi testibus exponentem: haec omnia, arbitramur, valent ad diiudicandam quaestionem, utrum in Galilaea an in Assyria vixerit scripseritque propheta ipse. Sed quum paucis, quod sentio, exponere nequeam, hanc disputandi materiam in aliud tempus differre malo.


---


essent elaborata, pleraque typis exscripta ac ne facultas quidem retractandi concessa. Eosdem secuti duces persaepe in eandem sententiam delati sumus, ubi vero dissidemus, ibi oleum et operam non perdidisse mihi videor.

LIPSIAE, TYPIS EXPRESSUM GUIL. VOGELII, FILII.


Emendanda.


Pag. 19. lin. 13. leg. Hierapolitanus pro Hieropolitanus.
» 21. » 25. » B. Hebr. pro H. Hebr.
» 46. » penult. leg. طاحونة pro طوحانة





Kadi kiöi vi
ic.
Tigris Fl.
a Karmelis.
Mnuaret
Mos









Riley Dunn & Wilson Ltd

